





PP. Eremitt: Camald.
Insulae Wigrensis.

cum illi sibi pollicentur. Fiet enim, ut ... cæ huius lectionis facilitate allecti & oblectati (in qua tamen eiusdem linguæ proprietatem, quantum quidem argumenti ratio ferebat, obseruare conatus sum) multò deinde libentiùs ad alios difficiliores autores Græcos legendos ipsi progressuri sint. Hoc animi mei consilium, hoc votum fuit. Vt autem maiore cum fide res ageretur, in metaphrasi mea, illo exemplari Latino usus sum, quod ad autographum castigatum P. Henricus Sommalius noster Antuerpiæ publicum fecit. Et vero hanc qualemcumque opellam meam ipsi quoque R. P. V. non ingratam fore confido, quam constat cum eminentioribus scientijs, cum Græcæ ac Hebraicæ linguæ amorem singularem, cum amore verò eam utriusque cognitionem olim coniunxisse, ut etiamnum uniuersæ Societatis IESV gubernaculum, 34. annum nobis felici DEI munere dirigens, in grauissima ætate, occupationum autem mole propè infinita hasce literas tanquam veteres ac iucundos amicos sæpissimè, & tantùm non quotidie inuisere, ex ipsis tanquam fontibus, sacræ scripturæ abscondita sensa eruere, earum familiari usu animum defessum recreare, suis verò pro Instituti ratione, & B. Ignatij decreto, cum aliarum artium ac doctrina-

... linguæ
... DEI gloriam & Catholicæ Ec-
... commodum, plurimùm commen-
... e consueuerit. Complectere ergo, Pater
... modùm Reuerende, qua soles humani-
... ate, hunc meum qualem qualem labo-
... em, & Thomam à Kempis, quem Latinè
... oquentem hactenus amare solitus es,
hunc quoque Græcè disserentem foue.
Augustæ Vindelicorum. 5. Aprilis Anno
1615.

R.dæ P.tis V.æ

minimus in Christo seruus.

Georgius Mayr.



FACVL-



FACVLTAS R. P.
Prouincialis ſuperioris Germaniæ Societatis IESV.



Acræ Cæſ. Maieſt. autoritate ac priuilegio noſtræ Societati pro libris edendis 20. Sept. Anno 1612. Pragæ conceſſo, ego Melchior Härtelius Societatis IESV per ſuperiorẽ Germaniam Præpoſitus Prouincialis honeſto viro Chriſtophoro Mangio Typographo Auguſtano poteſtatem facio excudendi Thomæ à Kempis *de Imitatione Chriſti libros quatuor, à P. Georgio Mayr Societatis noſtræ Græcè redditos. In cuius rei fidem hoc ei teſtimonium manu mea ſubſcriptum, & ſigillo munitum dare volui. Auguſtæ 25. Octobris. Anno 1614.*

Melchior Härtelius.

DE IMITATIONE CHRISTI.

ET CONTEMPTV OMNIum vanitatum mundi.

QVI ſequitur me, non ambulat in tenebris: dicit Dominus. Hæc ſunt verba Chriſti, quibus admonemur, quatenus vitam eius & mores imitemur; ſi velimus veraciter illuminari, & ab omni cæcitate cordis liberari. Summum igitur ſtudium noſtrum ſit, in vita IESV Chriſti meditari.

2. Doctrina Chriſti, omnes doctrinas ſanctorum præcellit: & qui ſpiritum Chriſti haberet, abſconditum ibi manna inueniret. Sed contingit, quòd multi ex frequenti auditu Euangelij, paruum deſiderium ſentiunt; quia ſpiritum Chriſti non habent. Qui autem vult plenè & ſapidè Chriſti verba intelligere; oportet, vt totam vitam ſuam, illi ſtudeat conformare.

3. Quid prodeſt tibi, alta de Trinitate diſputare, ſi careas humilitate, vnde diſpliceas Trinitati? Verè alta verba non faciunt ſanctum & iuſtum: ſed virtuoſa vita efficit Deo charum. Opto magis ſentire compunctionem, quàm ſcire eius definitionem. Si ſcires totam Bibliam exteriùs, & omnium Philoſophorum dicta: quid totum prodeſſet, ſine charitate Dei & gratia? Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, præter amare Deum, & illi ſoli ſeruire. Iſta eſt ſumma ſapientia, per contemptum mundi, tendere ad regna cæleſtia.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΧΡΙ-
στοῦ μιμήσεως, καὶ τῆς πασῶν τοῦ κόσμου ματαιοτήτων ἐξουδενώσεως.

Ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, λέγει ὁ κύριος. ταῦτα τοῦ Χριστοῦ ῥήματά ἐστιν, οἷσπερ ὑπομιμνησκόμεθα τὸν βίον καὶ τὰ ἤθη αὐτοῦ μιμεῖσθαι, ἐὰν ἀληθῶς φωτίζεσθαι, καὶ ἁπάσης τῆς καρδίας τυφλότητος ἀπαλλαγῆναι θελήσωμεν. Μεγίστη οὖν ἡ σπουδὴ ἡμῶν εἴη, ἐν τῷ τοῦ χριστοῦ βίῳ μελετᾶν.

β'. Ἡ τοῦ χριστοῦ διδαχὴ πασῶν τῶν ἁγίων διδαχῶν περιέχει· καὶ ὃς ἂν τὸ τοῦ χριστοῦ πνεῦμα ἔχοι, τὸ μάννα κεκρυμμένον ἐκεῖ εὕροι· ἀλλὰ συμβαίνει πολλοὺς ἐκ τῆς τοῦ εὐαγγελίου πυκνῆς ἀκοῆς, ὀλίγης ἐπιθυμίας αἰσθέσθαι, ὅτι τὸ τοῦ χριστοῦ πνεῦμα οὐκ ἔχουσι. Δεῖ δὲ τὸν τὰ τοῦ χριστοῦ ῥήματα ὁλοκλήρως καὶ ἡδέως γινώσκειν ἐθέλοντα, τὸν ὅλον αὐτοῦ βίον σπουδαίως αὐτῷ ἐξομοιοῦν.

γ'. Τί γὰρ συμφέρει σοι, ὑψηλὰ μὲν περὶ τῆς Τριάδος διαλέγεσθαι, ἀπορεῖν δὲ τῆς ταπεινότητος, ὅθεν ἂν ἀπαρέσῃς τῇ Τριάδι; ἀληθῶς ὑψηλὰ ῥήματα οὐ ποιεῖ ἅγιον καὶ δίκαιον, ἀλλ' ὁ βίος φιλάρετος θεοφιλῆ διατελεῖ. μᾶλλον εὔχομαι αἰσθέσθαι τῆς κατανύξεως, ἢ τὸν ὁρισμὸν αὐτῆς γνῶναι. εἰ πᾶσαν τὴν γραφὴν, καὶ τὰ πάντων φιλοσόφων ἀξιώματα τῇ μνήμῃ κατέχοις, τί ἂν ἄνευ τῆς τοῦ θεοῦ ἀγάπης καὶ χάριτος λυσιτελήσειεν; ματαιότης ματαιοτήτων, καὶ πάντα ματαιότης πλὴν τοῦ τὸν θεὸν φιλεῖν, καὶ αὐτῷ μόνῳ δουλεύειν. Αὕτη σοφία μεγίστη ἐστὶ, διὰ τῆς τοῦ κόσμου ἐξουδενώσεως εἰς τὸν οὐρανὸν προσιέναι.

4. Vanitas igitur est, diuitias perituras quærere, & in illis sperare. Vanitas quoque est, honores ambire, & in altum statum se extollere. Vanitas est, carnis desideria sequi: & illud desiderare, vnde postmodum grauiter oportet puniri. Vanitas est, longam vitam optare, & de bona vita parum curare. Vanitas est, præsentem vitam solùm attendere: & quæ futura sunt, non præuidere. Vanitas est, diligere, quod cum omni celeritate transit: & illuc non festinare, vbi sempiternum gaudium manet.

5. Memento illius frequenter prouerbij: Quia non satiatur oculus visu; nec auris impletur auditu. Stude ergo, cor tuum ab amore visibilium abstrahere, & ad inuisibilia te transferre. Nam sequentes suam sensualitatem, maculant conscientiam, & perdunt Dei gratiam.

CAP. II.

De humili sentire suiipsius.

1. OMNIS homo, naturaliter scire desiderat; sed scientia sine timore Dei, quid importat? Melior est profectò humilis rusticus, qui Deo seruit; quàm superbus Philosophus, qui se neglecto, cursum cæli considerat. Qui bene seipsum cognoscit, sibi ipsi vilescit, nec laudibus delectatur humanis. Si scirem omnia, quæ in mundo sunt, & non essem in charitate: quid me iuuaret coram Deo, qui me iudicaturus est ex facto?

2. Quiesce à nimio sciendi desiderio: quia magna ibi inuenitur distractio, & deceptio. Scientes, libenter volunt videri, & sapientes dici.

δ΄. Ματαιο…
ζητεῖν, ϗ ἐπ᾽ αὐτῷ πεποιθέναι. Ματ…
ἐσὶ φιλοτιμεῖσθαι, ϗ αὐτὸν ὑψοῦσθαι. Ματαιότης
ταῖς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαις ἐπακολουθεῖν, ϗ τοῦτο ποθ
ὅθεν ὕστερον δεῖ δεινῶς κολάζεσθαι. Ματαιότης ἐσὶ τῆς
μακροβιότητος εὔχεσθαι, ϗ τοῦ καλοῦ βίου ὀλιγωρεῖν.
Ματαιότης ἐσὶ τῇ παρούσῃ ζωῇ μόνον προσέχειν τὸν νοῦν,
ϗ περὶ τῶν μελλόντων οὐ προορᾶν. Ματαιότης ἐσὶ τὸ σὺν
πάσῃ ὠκύτητι παραγόμενον ἀγαπᾷν, ϗ ἐκεῖσε οὐ
σπεύδειν, ὅπου ἡ αἰωνία χαρὰ μένει.

ε΄. Μνήσθητι πολλάκις τοῦ λεγομένου· ὅτι οὐκ ἐμπλή-
σθεται ὀφθαλμὸς τοῦ ὁρᾷν, ϗ οὐ πληροῦται οὖς ἀπὸ ἀκρο-
άσεως. σπούδασον οὖν τὴν καρδίαν σου τοῦ τῶν ὁρατῶν ἔρωτος
χωρίσαι, ϗ σεαυτὸν εἰς τὰ ἀόρατα μεταγαγεῖν. Οἱ
γὰρ καταδιώκοντες τὸ αὐτῶν αἰσθητικὸν, τὴν συνεί-
δησιν ῥυπαίνουσι, ϗ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν ἀπολλύουσι.

Κεφ. β΄.

Περὶ τῆς αὐτοῦ ἐξουδενώ…

α΄. ΠΑς ἄνθρωπος τοῦ εἰδέναι ὀρέγεται φύσει, ἀλλ᾽
ἡ ἐπιστήμη ἄνευ τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ τί συμφέρει;
ὄντως, ταπεινὸς γεωργὸς, ὁ τῷ θεῷ δουλεύων, κρείσ-
σων ἐσὶ τοῦ ὑπερηφάνου φιλοσόφου, ὃς ἑαυτοῦ ὀλιγωρῶν
τὸν τοῦ οὐρανοῦ δρόμον σκέπτεται. Ὁ ἑαυτὸν καλῶς γινώ-
σκων, ἑαυτῷ εὐτελίζεται, ϗ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐπαίνοις
οὐ τέρπεται. Εἰ εἶδον πάντα τὰ ἐν κόσμῳ, οὐκ ὢν ἐν ἀ-
γάπῃ, τί ἂν ὠφεληθείην, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, τοῦ ἐκ τοῦ ἔρ-
γου ἐμὲ κρινοῦντος;

β΄. Παύου τῆς τοῦ ἄγαν ἐπίστασθαι ἐπιθυμίας, ὅτι με-
γάλη διάσπασις ϗ ἀπάτη ἐκεῖ εὑρίσκεται. Οἱ ἐπιστή-
μονες ἡδέως σοφοὶ φαίνεσθαι ϗ λέγεσθαι ἐθέλουσι.

Πολλά

multa ſunt, quæ ſcire, parum vel nihil animæ proſunt. Et valde inſipiens eſt, qui alijs intendit, quàm ijs, quæ ſaluti ſuæ deſeruiunt. Multa verba, non ſatiant animam; ſed bona vita, refrigerat mentem: & pura conſcienria, magnam ad Deum præſtat confidentiam.

3. Quantò plus & meliùs ſcis, tantò grauiùs inde iudicaberis, niſi ſanctiùs vixeris. Noli ergò extolli de vlla arte vel ſcientia; ſed potiùs time, de data tibi notitia. Si tibi videtur, quòd multa ſcis, & ſatis bene intelligis: ſcito tamen, quia ſunt multò plura, quæ neſcis. Noli altum ſapere, ſed ignorantiam tuam magis fatere. Quid te vis alicui præferre, cùm plures doctiores te inueniantur, & magis in lege periti? Si vis vtiliter aliquid ſcire, & diſcere: ama neſciri, & pro nihilo reputari.

4. Hæc eſt altiſſima & vtiliſſima lectio, ſuiip ſius vera cognitio & deſpectio. De ſeipſo nihil tenere, & de alijs ſemper bene & altè ſentire, magua ſapientia eſt & perfectio. Si videres alium apertè peccare, vel aliqua grauia perpetrare, non deberes te tamen meliorem æſtimare, quia neſcis, quàm diu poſſis in bono ſtare. Omnes fragiles ſumus, ſed tu neminem fragiliorem te ipſo tenebis.

CAP. III.

De doctrina Veritatis.

1. FELIX, quem veritas per ſe docet, non per figuras & vocem tranſeuntes; ſed ſicuti ſe habet. Noſtra opinio, & noſter ſenſus, ſæpe

Πολλά ἐστιν, ἃ [illegible]

φελεῖ· καὶ δὴ μάλα ἀ[illegible]ιος ἐστι[illegible] προσέχων ἄλλο[illegible] τοῖς τῇ σωτηρίᾳ αὐτοῦ προσήκουσι. Πολλοὶ λόγοι τὴν ψυχὴν οὐ κορέσουσι, ζωὴ δὲ καλὴ τὸν νοῦν ἀναψύχει, καὶ καθαρὰ συνείδησις μεγάλην πρὸς τὸν θεὸν πεποίθησιν παρέχει.

γʹ. Ὅσῳ πλεῖον καὶ κρεῖττον γινώσκεις, τοσούτῳ δεινότερον κριθήσῃ, εἰ μὴ ἁγιώτερον ζήσεις. μὴ οὖν μεγαλοφρονήσῃς ἐπ' οὐδεμιᾷ τέχνῃ, ἢ ἐπιστήμῃ, μᾶλλον δὲ περὶ τῆς ἐπιστήμης τῆς σοι δοθείσης φοβοῦ. εἰ δοκεῖς σοι πολλὰ ἐπίστασθαι, καὶ καλῶς γινώσκειν, ἀλλ' ὅμως ἴσθι ὅτι πολλῷ πλείω ἐστὶν, ἃ ἀγνοεῖς. μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ τὴν ἄγνοιάν σου μᾶλλον ὁμολόγου. Διὰ τί σεαυτὸν τῶν ἄλλων προτιμᾶν βούλῃ, ἐπειδὴ πλείους πεπαιδευτότεροι, καὶ πρὸς τὸν νόμον ἐμπειρότεροί σου εὑρίσκονται. εἰ θέλεις τι συμφερόντως εἰδέναι καὶ μανθάνειν, φίλει τὸ ἀγνοεῖσθαι, καὶ φαυλίζεσθαι.

δʹ. Αὕτη ἡ ὑψηλοτάτη καὶ χρησιμωτάτη ἀνάγνωσίς ἐστιν ἡ ἑαυτοῦ ἀληθὴς γνῶσις καὶ καταφρόνησις. τὸ περὶ αὑτοῦ μηδὲν, περὶ δ' ἄλλων ἀεὶ καλῶς καὶ ὑψηλῶς γνῶναι, μεγάλη σοφία καὶ τελειότης ἐστίν. εἰ ἑώρας τινὰ φανερῶς ἁμαρτάνοντα, ἢ δεινόν τι πράττοντα, οὐκ ἂν ὠφελές σε προτιμῆσαι αὐτοῦ, ὅτι οὐκ οἶδας ὁπόσον χρόνον ἐν τῷ καλῷ στῆναι δύνῃ. πάντες ἀσθενεῖς ἐσμὲν, μηδένα δὲ ἀσθενέστερον σοῦ εἶναι ἡγοῦ.

Κεφ. γʹ.

Περὶ διδαχῆς τῆς ἀληθείας.

αʹ. ΜΑκάριος, ὃν ἡ ἀλήθεια δι' αὑτῆς διδάσκει, οὐ διὰ σχημάτων, ἢ φωνῶν παρερχομένων, ἀλλ' ὡς αὐτὴ ἔχει. Η δόξα καὶ ἡ αἴσθησις ἡμῶν πολλάκις

ἡμᾶς

...allit, & mo... ... videt. Quid prodest magna cauillatio de occultis & obscuris rebus, de quibus nec arguemur in iudicio, quia ignorauimus? Grandis insipientia, quòd neglectis vtilibus & necessarijs, vltrò intendimus curiosis & damnosis: oculos habentes, non videmus.

2. Et quid curæ nobis, de generibus & speciebus? Cui æternum verbum loquitur, à multis opinionibus expeditur. Ex vno verbo omnia, & vnum loquuntur omnia: & hoc est principium, quod & loquitur nobis. Nemo sine illo intelligit, aut rectè iudicat. Cui omnia vnum sunt, & omnia ad vnum trahit, & omnia in vno videt; potest stabilis corde esse, & in Deo pacificus permanere. O veritas Deus, fac me vnum tecum, in charitate perpetua. Tædet me sæpe multa legere & audire: in te est totum, quod volo & desidero. Taceant omnes doctores: sileant vniuersæ creaturæ, in conspectu tuo; tu mihi loquere solus.

3. Quantò aliquis magis sibi vnitus, & interiùs simplificatus fuerit: tantò plura & altiora, sine labore intelligit; quia desuper lumen intelligentiæ accipit. Purus, simplex, & stabilis spiritus, in multis operibus non dissipatur: quia omnia ad Dei honorem operatur, & in se otiosus, ab omni propria exquisitione esse nititur. Quis te magis impedit & molestat, quàm tua immortificata affectio cordis? Bonus & deuotus homo, opera sua priùs intus disponit, quæ foris agere debet. Nec illa trahunt eum, ad desideria vitiosæ inclinationis; sed ipse inflectit ea, ad arbitrium rectæ rationis. Quis habet

fortius

ἡμᾶς ἀπατᾷ, καὶ ο... ἔρισμα περὶ κρυφίων καὶ ἀσαφῶν πρ... κρίσει οὐκ ἐλεγχθησόμεθα ὅτι ἠγνοήσαμεν; μεγάλη ἀνοησία, ἡμᾶς τῶν χρησίμων καὶ ἀναγκαίων ἀμελοῦντα αὐτομάτως τοῖς περιέργοις καὶ βλαβεροῖς προσέχειν ὀφθαλμοὺς μὲν ἔχοντας, οὐ δὲ βλέποντας.

β'. Καὶ τί μέλει ἡμῖν τῶν γενῶν καὶ εἰδῶν; ᾧτινι ὁ λόγος αἰώνιος λαλεῖ, πολλῶν δοξῶν ἀπαλλάττεται. Ἐξ ἑνὸς λόγου πάντα, καὶ ἓν πάντα λαλεῖ· καὶ αὕτη ἀρχή ἐστιν, ἣ καὶ ἡμῖν λαλεῖ. οὐδεὶς ἄνευ αὐτῆς νοεῖ, ἢ ὀρθῶς κρίνει. ᾧ πάντα ἕν εἰσι, καὶ ὃς πάντα εἰς ἓν ἑλκύει, καὶ πάντα ἐν ἑνὶ ὁρᾷ, τῇ καρδίᾳ εὐσταθὴς εἶναι, καὶ ἐν τῷ θεῷ ἥσυχος διαμένειν δύναται. ὦ ἀλήθεια θεὸς, ἐμὲ μετὰ σοῦ ἕνα ποίησον ἐν ἀϊδίῳ ἀγάπῃ. Ἄχθομαι συχνῶς τῷ πολλὰ ἀναγνῶναι, καὶ ἀκοῦσαι· ἐν σοὶ ὅλον ἐστὶν ὃ βούλομαι καὶ ἐπιθυμῶ. Σιγησάτωσαν πάντες οἱ διδάσκαλοι, σιωπησάτωσαν πᾶσαι αἱ κτίσεις ἐνώπιόν σου· σὺ μόνος μοι λάλησον.

γ'. Ὁπόσῳ ἄν τις μᾶλλον αὐτῷ ἡνωμένος, καὶ ἔσω ἡπλωμένος ᾖ, τοσούτῳ πλείω καὶ ὑψηλότερα ἀπόνως γνώσεται, ὅτι τὸ τῆς φρονήσεως φῶς ἄνωθεν λαμβάνει. Καθαρὸν, ἁπλοῦν, καὶ βέβαιον πνεῦμα ἐν πολλοῖς ἔργοις οὐ σκεδάζεται, ὅτι πάντα εἰς τὴν τοῦ θεοῦ τιμὴν ἐργάζεται, καὶ ἐν αὐτῷ σχολὴν ἄγων, πάσης ἰδίας ἐπιζητήσεως ἀπεῖναι πειρᾶται. Τίς σε μᾶλλον ἢ τὸ τῆς καρδίας ἀνέκρωτον πάθημα ἐμποδίζει καὶ λυπεῖ; ἀγαθὸς καὶ εὐλαβὴς ἄνθρωπος τὰ ἔργα αὐτοῦ πρότερον ἔσω διατίθεται, ἃ ἔξω πράττειν ὀφείλει· οὐδ᾽ ἐκεῖνα αὐτὸν εἰς τὰς τῆς κακῆς ἐγκλίσεως ἐπιθυμίας ἕλκει, ἀλλ᾽ αὐτὸς εἰς τὴν τοῦ ὀρθοῦ λόγου γνώμην αὐτὰ ἐπικάμπτει. Τίς

ἔχει

...ius certa... , quàm qui nititur vincere se-
...um? Et hoc deberet esse negotium nostrum;
vincere videlicet seipsum, & quotidie seipso fortiorem fi...ri, atque in melius aliquid proficere.

4. Omnis perfectio in hac vita, quandam imperfectionem sibi habet annexam: & omnis speculatio nostra, quadam caligine non caret. Humilis tui cognitio, certior via est ad Deum, quàm profunda scientiæ inquisitio. Non est culpanda scientia, aut quælibet simplex rei notitia, quæ bona est in se considerata, & à Deo ordinata: sed præferenda est semper bona conscientia, & virtuosa vita. Quia verò, plures magis student scire, quàm benè viuere: ideò sæpe errant, & penè nullum vel modicum fructum ferunt.

5. O si tantam adhiberent diligentiam, ad extirpanda vitia, & virtutes inserendas, sicuti ad mouendas quæstiones: non fierent tanta mala & scandala in populo, nec tanta dissolutio in cœnobijs. Certè adueniente die iudicij, non quæretur à nobis, quid legimus, sed quid fecimus: nec quàm bene diximus, sed quàm religiosè viximus. Dic mihi, vbi sunt modò omnes illi domini & magistri, quos bene nouisti dum adhuc viuerent, & studijs florerent? Iam eorum præbendas, alij possident; & nescio, vtrum de eis recogitant. In vita sua aliquid videbantur, & modò de illis tacetur.

6. O quàm citò transit gloria mundi? Vtinam vita eorum, scientiæ ipsorum concordasset: tunc bene studuissent, & legissent. Quam multi pereunt, per vanã scientiam in sæculo, qui parũ curãt de Dei

ἔχει ἅμιλλαν ἰσχυροτέραν τε ἑαυτὸν ν... ζοντος; καὶ τοῦτο δὴ τὸ πρᾶγμα ἡμῶν εἶναι ἔδει, ἐπινικῆσαι αὐτόν, καὶ καθ' ἑκάστην ἀνδρειότερον αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιόν τι ἐπιδοῦναι.

δ'. Πᾶσα τελειότης ἐν τῇδε τῇ ζωῇ ἀτελές τι συλλαμβάνει, καὶ πᾶσα θεωρία ἡμῶν τρόπον τινὰ σκοτίζεται. Ἡ ταπεινὴ αὐτοῦ γνῶσις, ἀσφαλεστέρα ὁδὸς πρὸς τὸν θεόν ἐστιν, ἢ βαθεῖα τῆς ἐπιστήμης ἐξέτασις. Ἀμέμπτως μὲν ἔχει ἐπιστήμη, ἢ ἡτισοῦν ἁπλῆ γνώρισις τοῦ πράγματος, ἡ ἐν αὐτῇ ἐσκοπημένη, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένη, ἀγαθή ἐστι· τὴν δὲ καλὴν συνείδησιν καὶ ἐνάρετον βίον ἀεὶ περὶ πλείονος ποιητέον. ὅτι δὲ πλείους γνῶναι μᾶλλον, ἢ καλῶς ζῆν σπουδάζουσι, διὰ τοῦτο πολλάκις πλανῶνται, καὶ σχεδὸν οὐδένα ἢ ὀλίγον καρπὸν ποιοῦσιν.

ε'. Εἴθε τοσαύτην σπουδὴν εἶχον τοῦ ἀπορριζῶσαι τὰς κακίας, καὶ ἐμφυτεῦσαι τὰς ἀρετάς, ὅσην ποιοῦνται τὰ ζητήματα παρέχειν, οὐδ' ἂν τοσαῦτα κακὰ καὶ σκάνδαλα ἐν λαῷ, οὐδὲ τοσαύτη ἄνεσις ἐν τοῖς κοινοβίοις ἐγίγνετο. Ἀληθῶς τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως ἐρχομένης, οὐκ ἐρωτηθησόμεθα, τί ἂν ἀνέγνωμεν, ἀλλὰ τί ἐποιήσαμεν. οὐδ' ὡς καλῶς ἐλέξαμεν, ἀλλ' ὡς εὐλαβῶς ἐζήσαμεν. Εἰπέ μοι, ποῦ νῦν εἰσι πάντες οἱ κύριοι καὶ διδάσκαλοι, οὓς ἔτι ζῶντας καὶ ἐπὶ λόγοις εὐδοκίμους ὄντας εὖ ἐγνώρισας; Νυνὶ τὴν πρόσοδον αὐτῶν ἄλλοι κτῶνται, καὶ οὐκ οἶδα πότερον αὐτῶν διαμνῶνται. ἐν ζωῇ αὐτῶν εἶναί τι ἐδόκουν, νῦν δὲ σιγῶνται.

ς'. Ὡς ταχέως ἡ τοῦ κόσμου δόξα παράγεται; ὄφελον ὁ βίος αὐτῶν τῇ γνώσει συνεφώνησε· τότε καλῶς ἂν ἔμαθον, καὶ ἀνέγνωσαν. ὡς πολλοὶ διὰ τῆς ματαίας ἐπιστήμης ἐν τῷ αἰῶνι ἀπόλλυνται, τῆς τοῦ θεοῦ δουλείας

ἀμελοῦν-

…us certa… , quàm qui nititur vincere se-
…um? Et hoc deberet esse negotium nostrum;
vincere videlicet seipsum, & quotidie seipso fortiorem fi…ri, atque in melius aliquid proficere.

4. Omnis perfectio in hac vita, quandam imperfectionem sibi habet annexam: & omnis speculatio nostra, quadam caligine non caret. Humilis tui cognitio, certior via est ad Deum, quàm profunda scientiæ inquisitio. Non est culpanda scientia, aut quælibet simplex rei notitia, quæ bona est in se considerata, & à Deo ordinata: sed præferenda est semper bona conscientia, & virtuosa vita. Quia verò, plures magis student scire, quàm benè viuere: ideò sæpe errant, & penè nullum vel modicum fructum ferunt.

5. O si tantam adhiberent diligentiam, ad extirpanda vitia, & virtutes inserendas, sicuti ad mouendas quæstiones: non fierent tanta mala & scandala in populo, nec tanta dissolutio in cœnobijs. Certè adueniente die iudicij, non quæretur à nobis, quid legimus, sed quid fecimus: nec quàm bene diximus, sed quàm religiosè viximus. Dic mihi, vbi sunt modò omnes illi domini & magistri, quos bene nouisti dum adhuc viuerent, & studijs florerent? Iam eorum præbendas, alij possident; & nescio, vtrum de eis recogitant. In vita sua aliquid videbantur, & modò de illis tacetur.

6. O quàm citò transit gloria mundi? Vtinam vita eorum, scientiæ ipsorum concordasset: tunc bene studuissent, & legissent. Quam multi pereunt, per vanã scientiam in sæculo, qui parũ curãt de Dei

ἔχει ἅμιλλαν ἰσχυροτέραν τοῦ ἑαυτὸν ... ζοντος; καὶ τοῦτο δὴ τὸ πρᾶγμα ἡμῶν εἶναι ἔδει, δήπου νικῆσαι αὐτὸν, καὶ καθ' ἑκάστην ἀνδρειότερον αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιόν τι ἐπιδοῦναι.

δ΄. Πᾶσα τελειότης ἐν τῇδε τῇ ζωῇ ἀτελές τι συλλαμβάνει, καὶ πᾶσα θεωρία ἡμῶν τρόπον τινὰ σκοτίζεται. Ἡ ταπεινὴ αὐτοῦ γνῶσις, ἀσφαλεστέρα ὁδὸς πρὸς τὸν θεόν ἐστιν, ἢ βαθεῖα τῆς ἐπιστήμης ἐξέτασις. Ἀμέμπτως μὲν ἔχει ἐπιστήμη, ἢ ἡτισοῦν ἁπλῆ γνώρισις τοῦ πράγματος ἡ ἐν αὐτῇ ἐσκοπημένη, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένη, ἀγαθή ἐστι· τὴν δὲ καλὴν συνείδησιν καὶ ἐνάρετον βίον ἀεὶ περὶ πλείονος ποιητέον. ὅτι δὲ πλείους γνῶναι μᾶλλον, ἢ καλῶς ζῆν σπουδάζουσι, διὰ τοῦτο πολλάκις πλανῶνται, καὶ σχεδὸν οὐδένα ἢ ὀλίγον καρπὸν ποιοῦσιν.

ε΄. Εἴθε τοσαύτην σπουδὴν εἶχον τοῦ ἀποῤῥιζῶσαι τὰς κακίας, καὶ ἐμφυτεῦσαι τὰς ἀρετὰς, ὅσην ποιοῦνται τὰ ζητήματα παρέχειν, οὐδ' ἂν τοσαῦτα κακὰ καὶ σκάνδαλα ἐν λαῷ, οὐδὲ τοσαύτη ἄνεσις ἐν τοῖς κοινοβίοις ἐγίγνετο. Ἀληθῶς τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως ἐρχομένης, οὐκ ἐρωτηθησόμεθα, τί ἂν ἀνέγνωμεν, ἀλλὰ τί ἐποιήσαμεν. οὐδ' ὡς καλῶς ἐλέξαμεν, ἀλλ' ὡς εὐλαβῶς ἐζήσαμεν. Εἰπέ μοι, ποῦ νῦν εἰσι πάντες οἱ κύριοι καὶ διδάσκαλοι, οὓς ἔτι ζῶντας καὶ ἐπὶ λόγοις εὐδοκίμους ὄντας εὖ ἐγνώρισας; Νῦν τὴν πρόσοδον αὐτῶν ἄλλοι κτῶνται, καὶ οὐκ οἶδα πότερον αὐτῶν διαμνῶνται. ἐν ζωῇ αὐτῶν εἶναί τι ἐδόκουν, νῦν δὲ σιγῶνται.

ϛ΄. Ὡς ταχέως ἡ τοῦ κόσμου δόξα παράγεται; ὄφελον ὁ βίος αὐτῶν τῇ γνώσει συνεφώνησε· τότε καλῶς ἂν ἔμαθον, καὶ ἀνέγνωσαν. ὡς πολλοὶ διὰ τῆς ματαίας ἐπιστήμης ἐν τῷ αἰῶνι ἀπόλλυνται, τῆς τοῦ θεοῦ δουλείας

ἀμελοῦν-

-Dei seruitio? Et quia magis eligunt magni esse, quam humiles, ideò euanescunt in cogitationibus suis. Verè magnus est, qui magnam habet charitatem. Verè magnus est, qui in se paruus est, & pro nihilo, omne culmen honoris ducit. Verè prudens est, qui omnia terrena arbitratur vt stercora, vt Christum lucrifaciat. Et verè bene doctus est, qui Dei voluntatem facit, & suam voluntatem relinquit.

CAP. IIII.

De prouidentia, siue prudentia in agendis.

1. NON est credendum omni verbo, nec instinctui; sed cautè & longanimiter, res est secundùm Deum ponderanda. Proh dolor, sæpe malum faciliùs quàm bonum, de alio creditur & dicitur, ita infirmi sumus. Sed perfecti viri, non facilè credunt omni enarranti: quia sciunt infirmitatem humanam, ad malum procliuem, & in verbis satis labilem.

2. Magna sapientia est, non esse præcipitem in agendis, nec pertinaciter in proprijs stare sensibus. Ad hanc etiam pertinet, non quibuslibet hominum verbis credere: nec audita vel credita, mox ad aliorum aures effundere. Cum sapiente & conscientioso viro, consilium habe: & quære potiùs à meliore instrui, quàm tuas adinuentiones sequi. Bona vita, facit hominem sapientem secundùm Deum, & expertum in multis. Quantò quis in se humilior fuerit, & Deo subiectior: tantò in omnibus erit sapiētior, & pacatior.

CAP.

μελοῦντες; καὶ ἐπειδὴ μεγάλοι ἢ ταπεινοὶ εἶναι μᾶλλον αἱροῦνται, ματαιοῦνται ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. Ἀληθῶς μέγας ἐστὶ μεγάλην ἔχων ἀγάπην. Ἀληθῶς μέγας ἐστὶν, ὁ πρὸς αὐτὸν μικρὸς ὢν, καὶ πᾶν τὸ τῆς τιμῆς ἄκρον περὶ ὀλίγου ποιούμενος. Ἀληθῶς φρόνιμός ἐστιν, ὁ πάντα ἐπίγεια ἡγούμενος σκύβαλα, ἵνα χριστὸν κερδήσῃ. Ἀληθῶς δὴ εὐπαίδευτός ἐστιν, ὁ τὸ τοῦ θεοῦ θέλημα ποιῶν, καὶ τὸ αὐτοῦ θέλημα καταλείπων.

Κεφ. δ΄.

Περὶ τῆς προνοίας ἢ φρονήσεως, τῆς ἐν τῷ πράττειν.

α΄. Οὐ πιστευτέον παντὶ λόγῳ, οὐδ᾽ ἐπιπνοίᾳ, ἀλλὰ πεφυλαγμένως καὶ μακροθύμως δεῖ κατὰ θεὸν τὸ πρᾶγμα σκοπεῖσθαι. φεῦ, πολλάκις τὸ κακὸν ῥᾷον τοῦ καλοῦ περὶ ἄλλου πιστεύεται, καὶ λέγεται· οὕτως ἀσθενεῖς ἐσμεν. Οἱ δὲ τέλειοι ἄνδρες, οὐ ῥᾳδίως παντὶ διηγουμένῳ πιστεύουσιν, ὅτι τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν εὐέμπτωτον πρὸς τὸ κακὸν, καὶ ἐν τοῖς λόγοις εὐόλισθον γινώσκουσι.

β΄. Μεγάλη σοφία ἐν τῷ πράττειν οὐ προπετῆ εἶναι, οὐδ᾽ ἰσχυρογνωμονεῖν. ἔτι δὲ ταύτῃ προσήκει, οὐ πᾶσι τοῖς τῶν ἀνθρώπων λόγοις πιστεῦσαι· οὐδὲ τὰ ἀκουσθέντα ἢ πιστευθέντα ταχέως παρ᾽ ἄλλοις ἐξαγορεῦσαι. μετὰ σοφοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν ἔχοντος βουλεύου· καὶ σπούδαζε ὑπὸ τοῦ κρείττονος μᾶλλον παιδεύεσθαι, ἢ τοῖς εὑρήμασί σου ἀκολουθεῖν· καλὸς βίος τὸν ἄνθρωπον σοφὸν κατὰ θεὸν, καὶ ἔμπειρον πολλῶν καθίστησιν· ὅσῳ ἂν τις ταπεινότερος καὶ θεοπειθέστερος ᾖ, τοσούτῳ ἐν πᾶσι σοφώτερος καὶ ἡσυχαίτερος ἔσται.

Κεφά-

1. VEritas est in scripturis sanctis quærenda, non eloquentia. Omnis scriptura sacra, eo spiritu debet legi, quo facta est. Quærere potius debemus utilitatem in scripturis, quàm subtilitatem sermonis. Ita libenter deuotos & simplices libros legere debemus, sicut altos & profundos. Non te offendat auctoritas scribentis, utrum paruæ vel magnæ literaturæ fuerit: sed amor puræ veritatis, te trahat ad legendum. Non quæras, quis hoc dixerit; sed quid dicatur, attende.

2. Homines transeunt, sed veritas Domini manet in æternum. Sine personarum acceptione, varijs modis loquitur nobis Deus. Curiositas nostra sæpe nos impedit, in lectione scripturarum: quum volumus intelligere & discutere, vbi simpliciter esset transeundum. Si vis profectum haurire, lege humiliter, simpliciter, & fideliter: nec unquam velis habere nomen scientiæ. Interroga libenter, & audi tacens verba sanctorum: nec displiceant tibi parabolæ seniorum; sine causa enim non proferuntur.

CAP. VI.

De inordinatis affectionibus.

1. QVandocunque homo aliquid inordinatè appetit, statim in se inquietus fit. Superbus & auarus, nunquam quiescunt: pauper & humilis spiritu, in multitudine pacis conuersantur. Homo, qui necdum perfectè in se mortuus est, citò

Περὶ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἁγίων γ[…]

α΄. ΕΝ ταῖς ἁγίαις γραφαῖς τὴν ἀλήθειαν, οὐ περὶ τοὺς λόγους δεινότητα δεῖ ζητῆσαι. πᾶσα γραφὴν τῷ δὲ τῷ πνεύματι ἀναγνωστέον, ᾧπερ ἐποιήθη. τὴν ὠφέλειαν ἐν ταῖς γραφαῖς μᾶλλον ζητῆσαι ὀφείλομεν, ἢ τὴν λεπτολογίαν. οὕτως ἀσμένως τὰς εὐλαβεῖς καὶ ἁπλᾶς βίβλους ἀναγνωστέον, ὡς τὰς ὑψηλὰς καὶ βαθεῖς· μὴ προσκρούσῃ σοι ἡ αὐθεντία τοῦ γράφοντος, πότερον ἂν ὀλίγης, ἢ πολλῆς παιδείας ἐπιτύχῃ, ἀλλ᾽ ἡ εἰλικρινὴς φιλαλήθεια πρὸς τὸ ἀναγνῶναί σε ἑλκύσῃ· μὴ ἐρώτησον τίς ἂν τοῦτο εἴπῃ, ἀλλὰ τῷ λεγομένῳ πρόσεχε.

β΄. Οἱ μὲν ἄνθρωποι παράγονται, ἡ δὲ τοῦ κυρίου ἀλήθεια εἰς αἰῶνα μένει. Απροσωπολήπτως καὶ πολυτρόπως ὁ θεὸς ἡμῖν λαλεῖ· ἡ πολυπραγμοσύνη ἡμῶν πολλάκις ἐν τῷ ἀναγνῶναι τὰς γραφὰς ἐμποδίζει ἡμᾶς, ὅτε νοεῖν καὶ ἐξετάζειν βουλόμεθα, ὅπου ἂν ἁπλῶς διεξιέναι ἔδει. ἐὰν θέλῃς ἐπίδοσιν λαμβάνειν, ἀνάγνωθι ταπεινῶς, ἁπλῶς, καὶ πιστῶς· καὶ μηδέποτε βουληθῇς ἐπιστήμων ἀκούειν. ἐρώτα ἀσμένως, καὶ τοὺς τῶν σοφῶν λόγους ἄκουε σιγῶν· μὴ ἀπαρέσκωσί σοι αἱ παραβολαὶ τῶν πρεσβυτέρων, ὅτι οὐ διακενῆς ἐκφέρονται.

Κεφ. ς΄.

Περὶ τῶν ἀτάκτων παθημάτων.

α΄. Ο Ποτε οὖν ὁ ἄνθρωπος ἀτάκτως ἐπιθυμεῖ τινος, εὐθέως πρὸς ἑαυτὸν ἀνήσυχος γίνεται. Ο ὑπερήφανος καὶ πλεονέκτης οὔποτε ἀναπαύονται. ὁ πτωχὸς δὲ καὶ ταπεινὸς τῷ πνεύματι ἐν πολλῇ εἰρήνῃ διάγουσιν. Ο μήπω τελείως ἑαυτῷ θανὼν, ταχέως πειράζεται.

ράζεται.

cito tentatur, & vincitur in paruis & vilibus rebus. Infirmus in spiritu, & quodammodo adhuc carnalis, & ad sensibilia inclinatus, difficulter se potest à terrenis desiderijs ex toto abstrahere. Et ideò sæpe habet tristitiam, quum se subtrahit: leuiter etiam indignatur, si quis ei resistit.

2. Si autem prosecutus fuerit, quod concupiscit, statim ex reatu conscientiæ grauatur: quia sequutus est passionem suam, quæ nihil iuuat ad pacem, quam quæsiuit. Resistendo igitur passionibus, inuenitur pax vera cordis, non autem eis seruiendo. Non est ergo pax in corde hominis carnalis; non in homine exterioribus dedito, sed in feruido & spirituali.

CAP. VII.

De vana spe, & elatione fugienda.

1. VANVS est, qui spem suam ponit in hominibus, aut in creaturis. Non te pudeat alijs seruire, amore Iesu Christi, & pauperem in hoc sæculo videri. Non stes super teipsum, sed in Deo spem tuam constitue. Fac, quod in te est, & Deus aderit bonæ voluntati tuæ. Non confidas in tua scientia, vel cuiusquam viuentis astutia: sed magis in Dei gratia, qui adiuuat humiles, & de se præsumentes humiliat.

2. Ne glorieris in diuitijs, si adsunt: nec in amicis, quia potentes sunt; sed in Deo, qui omnia præstat, & seipsum super omnia dare desiderat. Non te extollas, de magnitudine vel pulchritudine corporis; quæ modica

infir-

μικρᾷ ἀσθενείᾳ δι…

ρεσκέ σοι ἐπ' εὐεξίᾳ, ἢ εὐφυΐᾳ σου, ἵνα μὴ δυσαρε…
τῷ θεῷ, οὗτινός ἐστι πᾶν ἀγαθὸν, ὅ,τι ἂν φυσικῶς ἔχῃς.

γ. Μὴ νόμιζε σεαυτὸν ἀμείνω τῶν ἄλλων, ἵνα μὴ κακίων δοκήσῃς τῷ θεῷ τῷ γνόντι τὸ ἐν ἀνθρώπῳ. μὴ φιλοτιμοῦ ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἔργοις, ὅτι ἄλλαι αἱ τοῦ θεοῦ κρίσεις εἰσὶν, ἢ τῶν ἀνθρώπων, ᾧτινι πολλάκις ἀπαρέσκει, τὸ τοῖς ἀνθρώποις ἀρέσκον. εἰ ἔχεις καλόν τι, πίστευε κρήττω περὶ ἄλλων, ἵνα τὴν ταπεινότητα τηρήσῃς. οὐ βλάπτῃ, εἰ σεαυτὸν περὶ ἐλάττονος πάντων ποιεῖς, βλάπτῃ δὲ πλεῖστον, εἴ σε καὶ ἑνὸς προκρίνεις. Συνεχὴς εἰρήνη παρὰ ταπεινῷ, τῇ δὲ τοῦ ὑπερηφάνου καρδίᾳ ζῆλος καὶ ἀγανάκτησις θαμινὰ ἔνεστι.

Κεφ. η.

Περὶ τοῦ φυλάττεσθαι τὴν ἄγαν συνήθειαν.

α. ΜΗ παντὶ ἀνθρώπῳ τὴν καρδίαν σου ἀποκάλυψον· ἀλλὰ μετὰ τοῦ φρονίμου καὶ φοβουμένου τὸν θεὸν τά σου πράττε. τοῖς νέοις καὶ τοῖς ἔξω σπανίως συγγίνου. τοῖς πλουσίοις μὴ κολάκευε, καὶ ἐνώπιον τῶν μεγιστάνων οὐχ ἑκουσίως φαίνου. τοῖς ταπεινοῖς καὶ τοῖς ἁπλοῖς, τοῖς εὐλαβέσι, καὶ τοῖς τὸ ἦθος σπουδαίοις πλησίαζε, τὰ τῆς οἰκοδομῆς πράττων. μηδεμιᾷ γυναικὶ οἰκείως κέχρησο, ἀλλὰ κοινῶς πάσας ἀγαθὰς γυναῖκας τῷ θεῷ σύστησον· μόνῳ τῷ θεῷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ οἰκεῖος εἶναι εὔχου, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων γνώρισιν εὐλαβοῦ.

β. Τὴν μὲν ἀγάπην δεῖ ἔχειν εἰς πάντας, ἡ δὲ οἰκειότης οὐ συμφέρει. συμβαίνει ποτὲ, τὸν

perſona ignot..,ex bona fama luceſcat: cuius tamen præſentia oculos intuentium offuſcat. Putamus aliquando alijs placere, ex coniunctione noſtra: & incipimus magis diſplicere, ex morum improbitate, in nobis conſiderata.

CAP. IX.

De obedientia, & ſubiectione.

1. VALDE magnum eſt, in obedientia ſtare, ſub prælato viuere, & ſui iuris non eſſe: Multò tutiùs eſt ſtare in ſubiectione, quàm in prælatura. Multi ſunt ſub obedientia, magis ex neceſſitate, quàm ex charitate: & illi pœnam habent, & leuiter murmurant. Nec libertatem mentis acquirent; niſi ex toto corde propter Deum ſe ſubijciant. Curre huc vel illuc: non inuenies quietem, niſi in humili ſubiectione, ſub Prælati regimine. Imaginatio locorum & mutatio, multos fefellit.

2. Verum eſt, quòd unusquiſque libentèr agit pro ſenſu ſuo, & inclinatur ad eos magis, qui ſecum ſentiunt. Sed ſi Deus eſt inter nos, neceſſe eſt, vt relinquamus etiam quandoque noſtrum ſentire, propter bonum pacis. Quis eſt ita ſapiens, qui omnia plenè ſcire poteſt? Ergo noli nimis in ſenſu tuo confidere: ſed velis etiam libenter aliorum ſenſum audire. Si bonum eſt tuum ſentire, & hoc ipſum propter Deum dimittis, & alium ſequeris, magis exinde proficies.

3. Audiui enim ſæpe, ſecuriùs eſſe audire & accipere conſilium, quàm dare: poteſt etiam contingetinge-

ἄγνωςον ὄντα ἐς συφ...
παρουσία ἐν τοῖς τῶν εἰσορώντων ὀφθαλμοῖς ἀμαυ...
Νομίζομέν ποτε τοῖς ἄλλοις ἐκ συνουσίας ἡμῶν ἀρέσκειν, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν τρόπων ἡμῶν κακότητος τῆς ἐν ἡμῖν σκοπηθείσης, μᾶλλον ἀπαρέσκειν ἀρχόμεθα.

Κεφ. θ'.

Περὶ τῆς ὑπακοῆς καὶ ὑποταγῆς.

α. Μέγιςόν ἐςιν ἐν τῇ ὑπακοῇ τῷ προεςάτῃ ὑποταχθέντα διάγειν, καὶ οὐκ αὐτεξούσιον εἶναι, πολλῷ ἀσφαλέςερόν ἐςιν ἐν ὑποταγῇ, ἢ ἐν προςασίᾳ διαβιῶσαι. πολλοὶ ἐξ ἀνάγκης μᾶλλον, ἢ ἐξ ἀγάπης ὑποτεταγμένοι διατελοῦσι· καὶ ἐκεῖνοι τιμωρίαν ἔχουσι, καὶ ῥᾳδίως γογγύζουσι, καὶ τὴν τοῦ νοῦ ἐλευθερίαν οὐ κτήσονται, ἐὰν μὴ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἑαυτοὺς διὰ τὸν θεὸν ὑποτάξωσι. Τρέχε δεῦρο ἢ ἐκεῖσε· οὐχ εὑρήσεις τὴν ἡσυχίαν, εἰ μὴ ἐν ταπεινῇ ὑποταγῇ, ὑπὸ τῇ τοῦ ἐπιςάτου κυβερνήσει. ἡ φαντασία καὶ μεταβολὴ τῶν τόπων πολλοὺς ἐξηπάτησεν.

β'. Ἀληθές μέν ἐςιν, ὅτι ἕκαςος ἀσμένως κατὰ τὸ δοκεῖν αὐτῷ πράττει, καὶ μᾶλλον πρὸς τοὺς ὁμοδοξοῦντας αὐτῷ ἐγκλίνει. Καίτοι εἰ ὁ θεὸς μεταξὺ ἡμῶν ἐςιν, ἀνάγκη διὰ τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν, καὶ τὸ δοκοῦν ἡμῖν ποτε καταλιπεῖν. τίς οὕτω σοφός ἐςιν, ὃς πάντα τελείως γνῶναι δύναται; μὴ οὖν ἄγαν τῷ νοΐ σου πέποιθε, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἄλλων γνώμης ἑκουσίως ἀκούειν ἔθελε. εἰ καλόν ἐςι τὸ δοκοῦν σοι, καὶ τοῦτο διὰ τὸν θεὸν καταλείπεις, τῷ ἄλλῳ ἑπόμενος, μείζω ἐπίδοσιν ἐντεῦθεν λήψῃ.

γ'. Πλεονάκις γὰρ ἤκουσα, ἀκινδυνώτερον εἶναι ἀκούειν καὶ λαμβάνειν τὴν βουλὴν, ἢ διδόναι· καὶ δὴ ἐνδέ-

tingere, ut bonum sit uniuscuiusque sentire: sed nolle alijs acquiescere, quum id ratio, aut causa postulat, signum est superbiæ & pertinaciæ.

CAP. X.

De cauenda superfluitate verborum.

1. CAveas tumultum hominum, quantum potes: multùm enim impedit tractatus sæcularium gestorum, etiamsi simplici intentione proferantur. Citò enim inquinamur vanitate, & captiuamur. Vellem me pluries tacuisse, & inter homines non fuisse. Sed quare tam libenter loquimur, & inuicem fabulamur: cùm tamen raro, sine læsione conscientiæ, ad silentium redimus? ideò tam libenter loquimur: quia per mutuas locutiones, ab inuicem consolari quærimus: & cor diuersis cogitationibus fatigatum, optamus releuare. Et multùm libenter de his, quæ multùm diligimus, vel cupimus; vel quæ nobis contraria sentimus, libet loqui & cogitare.

2. Sed proh dolor, sæpe inaniter & frustra. Nam hæc exterior consolatio, interioris & diuinæ consolationis, non modicum detrimentum est. Ideo vigilandum est, & orandum, ne tempus otiosè transeat. Si loqui licet & expedit, quæ ædificabilia sunt, loquere. Malus usus, & negligentia profectus nostri, multum facit ad incustodiam oris nostri. Iuuat tamen non parum, ad profectum spiritualem, deuota spiritualium rerum collatio: maximè ubi pares animo & spiritu, in Deo sibi sociantur.

CAP.

χρῆται τὴν ἑκάστου δόκησιν κα… λόγου καὶ τῆς αἰτίας τοῦτο ζητούσης, οὐ βούλεσθαι συν… κῆσαι, τῆς ὑπερηφανίας καὶ ἰσχυρογνωμοσύνης σημεῖόν ἐστι.

Κεφ. ι.

Περὶ τοῦ εὐλαβεῖσθαι τὴν περιττολογίαν.

α. Εὐλαβοῦ τὸν θόρυβον τῶν ἀνθρώπων, καθ' ὅσον δυνῇ· πολὺ γὰρ ἡ τῶν κοσμικῶν πράξεων διάλεξις ἐμποδίζει, κἂν ἁπλῇ προαιρέσει ἐξενεχθῶσι. ταχέως γὰρ τῇ ματαιότητι μολυνόμεθα καὶ ἁλισκόμεθα. βουλοίμην δ' ἂν πλεονάκις σιγῆσαι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις οὐ παραγενέσθαι. Ἀλλὰ διὰ τί οὕτως ἀσμένως λαλοῦμεν, καὶ ἀλλήλοις ὁμιλοῦμεν, καίπερ σπανίως ἀβλαβεῖς τὴν συνείδησιν πρὸς τὸ σιωπᾶν ἐπιστρέφοντες; τούτου ἕνεκα οὕτως ἀσμένως λαλοῦμεν, ὅτι διὰ τοῦ ἀλλήλοις ὁμιλεῖν, ἀπ' ἀλλήλων παραμυθίαν ζητοῦμεν, καὶ τὴν καρδίαν τὴν πολυτρόποις λογισμοῖς ἐκπονηθεῖσαν ἀναλαμβάνειν ποθοῦμεν. Καὶ πολὺ ἀσμένως περὶ τούτων, ἃ πολὺ ἀγαπῶμεν, ἢ ποθοῦμεν, ἢ ἅπερ ἡμῖν ἐναντία αἰσθανόμεθα, λαλοῦντες καὶ ἐννοοῦντες χαίρομεν.

β. Φεῦ δὲ πολλάκις διακενῆς καὶ μάτην. αὕτη γὰρ παράκλησις ἡ ἔξω, τῆς ἐνδοτέρας καὶ θεϊκῆς παρακλήσεως βλάβη μεγάλη ἐστί. Διὸ χρὴ γρηγορεῖν καὶ εὔχεσθαι, ἵνα μὴ ὁ χρόνος ἀργῶς παρέρχηται. Εἰ λαλῆσαι ἔξεστι, καὶ συμφέρει, τὰ τῆς οἰκοδομῆς λάλησον. ἡ κακοήθεια καὶ ἡ τῆς προκοπῆς ἡμῶν ἀμέλεια τὴν ἀφυλαξίαν τοῦ στόματος ἡμῶν σφόδρα ἀπεργάζεται. Ἀλλ' ὅμως τὸ περὶ τῶν πνευματικῶν πραγμάτων διαλέγεσθαι, πρὸς τὴν πνευματικὴν ἐπίδοσιν πάνυ χρήσιμόν ἐστιν, ἄλλως τε ἐὰν οἱ ὁμόψυχοι καὶ ὁμόθυμοι ἐν τῷ Θεῷ ἀλλήλοις πλησιάσωσι.

CAPVT XI.

De pace acquirenda, & Zelo proficiendi.

1. MVltam possemus pacem habere, si non vellemus nos cum aliorum dictis & factis, quæ ad nostram curam non spectant, occupare. Quomodo potest ille diu in pace manere, qui alienis curis se intermiscet? qui occasiones foris quærit? qui parum vel raro se intrinsecùs colligit? Beati simplices, quoniam multam pacem habebunt.

2. Quare quidam sanctorum, tam perfecti & contemplatiui fuerunt? Quia omninò seipsos mortificare ab omnibus terrenis desiderijs, studuerunt: & ideò totis medullis cordis, Deo inhærere, atque liberè sibi vacare potuerunt. Nos nimium occupamur proprijs passionibus, & de transitorijs nimis sollicitamur. Rarò etiam vnum vitium perfectè vincimus, & ad quotidianum profectum non accendimur; ideò frigidi, & tepidi remanemus.

3. Si essemus nobisipsis perfectè mortui, & interiùs minimè implicati: tunc possemus etiam diuina sapere, & de cælesti contemplatione aliquid experiri. Totum & maximum impedimentum est, quia nos sumus à passionibus & concupiscentijs liberi: nec perfectam sanctorum viam, conamur ingredi. Quando etiam modicum aduersitatis occurrit, nimis citò deijcimur, & ad humanas consolationes conuertimur.

4. Si niteremur, sicut viri fortes, stare in prælio: profectò auxilium Domini super nos videre-

Περὶ τοῦ κτήσασθαι τὴν εἰρήνην, καὶ τοῦ τῆς ἐπιδόσεως ζήλου.

α'. Πολλὴν εἰρήνην ἔχειν ἂν δυνηθείημεν, εἰ μὴ περὶ τοὺς τῶν ἄλλων λόγους καὶ πράξεις τὰς οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς οὔσας, ἀσχολεῖσθαι ἐθέλομεν. Πῶς πολὺν χρόνον τῇ εἰρήνῃ ἐμμένειν δύναται, ὁ ταῖς ἀλλοτρίαις φροντίσιν ἑαυτὸν ἐμπλέκων, τὰς δ' ἀφορμὰς τὰς ἔξω ζητῶν, καὶ σμικρὸν ἢ σπανίως ἔνδον συλλέγων ἑαυτόν; Μακάριοι οἱ ἁπλοῖ, ὅτι πολλὴν εἰρήνην ἕξουσι.

β'. Διὰ τί τινες τῶν ἁγίων οὕτω τέλειοι καὶ θεωρητικοὶ γεγόνασιν; ὅτι παντελῶς πάσας γηΐνους ἐπιθυμίας ἐν ἑαυτοῖς νεκρῶσαι ἐσπούδασαν. Διόπερ ἐξ ὅλης ἰσχύος τῆς καρδίας, τῷ θεῷ προσκολλᾶσθαι, καὶ αὐτοῖς ἐλευθερίως σχολάζειν ἐδυνήθησαν. ἡμεῖς ἄγαν πρὸς τὰ ἴδια πάθη ἄσχολοί ἐσμεν, καὶ ὑπὲρ τῶν πλωσίμων λίαν φροντίζομεν. Ἔτι δὲ σπανίως μίαν κακότητα τελείως νικῶμεν, καὶ ἐπὶ τὴν καθημερινὴν προκοπὴν οὐ παροξυνόμεθα· διόπερ ψυχροὶ καὶ χλιαροὶ διατελοῦμεν.

γ'. Εἰ τελείως ἡμῖν αὐτοῖς ἀπεθάνομεν, καὶ ἔνδον οὐδαμῶς ἐνεπλέχθημεν, τότε ἂν καὶ τὰ τοῦ θεοῦ φρονεῖν, καὶ τῆς οὐρανίου θεωρίας πειρᾶσθαί πως ἐδυνάμεθα. Ὅλον καὶ μέγιστον ἐμπόδισμά ἐστιν, ὅτι οὐ τῶν παθημάτων καὶ ἐπιθυμιῶν ἐλεύθεροί ἐσμεν, οὐδὲ τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν βαδίζειν ἐπιχειροῦμεν. πρὸς δὲ τούτοις, μικροῦ ἀτυχήματος συμβαίνοντος, λίαν ταχέως καταβαλλόμεθα, καὶ πρὸς τὰς ἀνθρωπίνους παραμυθίας ἀποστρεφόμεθα.

δ'. Εἰ ὡς ἄνδρες ἰσχυροὶ ἐν τῷ πολέμῳ στῆναι ἐσπουδάζομεν· ὄντως τὴν τοῦ κυρίου βοήθειαν ἐφ' ἡμᾶς

videremus de cælo. Ipse enim certantes, & de sua gratia sperantes, paratus est adiuuare : qui nobis certandi occasiones procurat, ut vincamus. Si tantùm in istis exterioribus obseruantijs, profectum religionis ponimus, citò finem habebit deuotio nostra. Sed ad radicem securim ponamus: ut purgati à passionibus, pacificam mentem possideamus.

5. Si omni anno, unum vitium extirparemus, citò viri perfecti efficeremur. Sed modò è contrario, sæpe sentimus; ut meliores & puriores in initio conuersionis nos fuisse inueniamus, quàm post multos annos professionis. Feruor & profectus noster, quotidie deberet crescere; sed nunc pro magno videtur, si quis primi feruoris partem posset retinere. Si modicam violentiam faceremus in principio, tunc postea cuncta possemus facere, cum lenitate & gaudio.

6. Graue est assueta dimittere, sed grauius est contra propriam voluntatem ire. Sed si non vincis parua & leuia, quando superabis difficiliora? Resiste in principio inclinationi tuæ, & malam dediſce consuetudinem: ne fortè paulatim ad maiorem te ducat difficultatem. O si aduerteres, quantam tibi pacem, & alijs lætitiam faceres, teipsum bene habendo, puto, quòd sollicitior esses, ad spiritualem profectum.

CAP. XII.

De utilitate aduersitatis.

1. BOnum nobis est, quod aliquando habemus aliquas grauitates & contrarietates, quia sæpe

οὐρανόθεν ἀ[illegible]
καὶ ἐπὶ τὴν χάριν αὐτοῦ ἐλπίζουσι βοηθεῖν ἕτοιμός ἐστιν ὃς τοὺς τοῦ ἀγωνίσασθαι καιροὺς ἡμῖν παρέχει, ἵνα νικῶμεν. Ἐὰν μόνον ἐν ταῖς τηρήσεσι ταῖς ἔξω τὴν τῆς θεοσεβείας ἐπίδοσιν τιθῶμεν, ταχέως ἡ εὐλάβεια ἡμῶν τελεσθήσεται. Ἀλλὰ τὴν ἀξίνην πρὸς ῥίζαν θῶμεν, ἵν' ἀπὸ παθῶν καθαρισθέντες, εἰρηνικὸν νοῦν ἔχωμεν.

ε. Εἰ κατ' ἐνιαυτὸν μίαν κακίαν ἀπερριζοῦμεν, ταχέως ἂν ἄνδρες τέλειοι ἦμεν. καίτοι νῦν τοὐναντίον πολλάκις αἰσθανόμεθα, βελτίους καὶ καθαρώτεροι ἐν τῇ τῆς ἐπιστροφῆς ἀρχῇ γεγονότες, ἢ μετὰ πολλὰ ἔτη τοῦ ἐπαγγέλματος. ἔδει μὲν ἂν ζέσιν καὶ προκοπὴν ἡμῶν καθ' ἑκάστην αὔξεσθαι· νυνὶ δὲ πρὸ πολλοῦ ἡγούμεθα, ἐάν τις τὸ τῆς πρώτης ζέσεως μέρος φυλάξαι δυνηθῇ. εἰ μικρὸν ἡμᾶς ἐβιασῶμεν ἐν ἀρχῇ, τότε ἂν πάντα ῥᾳδίως καὶ εὐθύμως ποιεῖν ἐδυνάμεθα.

ϛ. Χαλεπὸν μέν ἐστι τὰ εἰθισμένα καταλιπεῖν· χαλεπώτερον δ' ἐστὶ τῷ ἰδίῳ θελήματι ἐναντιοῦσθαι. Ἀλλὰ μὴν εἰ μὴ τὰ μικρὰ καὶ κοῦφα νικᾷς, πότε τῶν χαλεπωτέρων περιγενήσῃ; Ἀντιστάτει ἐπ' ἀρχῆς τῇ ἀποκλίσει σου, καὶ τὴν κακοήθειαν μεταμάνθανε, ἵνα μήποτε κατὰ μικρὸν εἰς μείζω χαλεπότητά σε ἀγάγῃ. Εἴθε ἐνόεις ὅσην ἂν εἰρήνην σοί, καὶ τοῖς ἄλλοις χαρὰν ἐποίεις καλοκἀγαθόν σε παρέχων, τῆς πνευματικῆς ἐπιδόσεως, οἶμαι, μᾶλλον ἂν ἐφρόντιζες.

Κεφ. ιβ'.

Περὶ τῆς τοῦ ἀτυχήματος ὠφελείας.

α. ΚΑλὸν ἡμῖν ἐστι χαλεπότητάς ποτε καὶ ἐναντιότητάς τινας πάσχειν, ὅτι πολλάκις τὸν ἄνθρωπον εἰς

cor reuocauit, quatenus se in exilio esse cognoscat, nec spem suam in aliqua re mundi ponat. Bonum nobis est, quòd patiamur quandoque contradictores, & quòd malè & imperfectè de nobis sentiatur, etiam si bene agimus & intendimus. Ista sæpe iuuant ad humilitatem, & à vana gloria nos defendunt. Tunc enim meliùs interiorem testem Deum quærimus, quando foris vilipendimur ab hominibus, & non bene nobis creditur.

2. Ideo deberet se homo, in Deo totaliter firmare: vt non esset ei necesse, multas humanas consolationes quærere. Quando homo bonæ voluntatis tribulatur, vel tentatur, aut malis cogitationibus affligitur: tunc Deum sibi magis necessarium intelligit, sine quo nihil boni se posse deprehendit. Tunc etiam tristatur, gemit, & orat pro miserijs, quas patitur. Tunc tædet eum diutiùs viuere, & mortem optat venire: vt possit dissolui, & cum Christo esse. Tunc etiam bene aduertit, perfectam securitatem & plenam pacem, in mundo non posse constare.

Cap. XIII.

De tentationibus resistendis.

1. QVamdiu in mundo viuimus, sine tribulatione & tentatione esse non possumus. Vnde in Iob scriptum est: Tentatio est vita humana super terram. Ideo vnusquisque sollicitus esse deberet circa tentationes suas, & vigilare in orationibus: ne diabolus locum inueniret decipiendi, qui nunquam dormitat, sed circuit quęrẽs, quẽ deuoret. Nemo tã perfectus est & sanct⁹, qui

τὴν καρ

στός ἐστι, καὶ ἐν μηδενὶ τοῦ κόσμου τὴν ἐλπίδα αὐτο...
καλὸν ἡμῖν ἀντιλέγοντάς ποτε πάσχειν, καὶ περὶ ἡμῶν κακῶς καὶ ἐλλιπῶς γινώσκεσθαι, εἰ καὶ καλῶς πράττομεν καὶ προαιρούμεθα. ταῦτα πολλάκις εἰς τὴν ταπεινότητα ἰσχύει, καὶ ἀπὸ τῆς κενοδοξίας ἡμᾶς φυλάττει. Τότε γὰρ βέλτιον τὸν θεὸν τὸν ἔνδον μάρτυρα ζητοῦμεν, ὅτε ἔξω ὑπ' ἀνθρώπων φαυλιζόμεθα καὶ ἀπιστούμεθα.

β'. Διόπερ ἐν τῷ θεῷ αὐτὸν στερεῶσαι ἂν δέοι τὸν ἄνθρωπον, τοῦ μὴ ἀναγκαῖον εἶναι πολλὰς παραμυθίας ἀνθρωπικὰς ζητεῖν. Ὁπότ' ἄνθρωπος, ὁ τῇ προαιρέσει ἀγαθὸς θλίβεται, ἢ πειράζεται, ἢ τοῖς κακοῖς λογισμοῖς ἀνιᾶται, τότε τὸν θεὸν αὐτῷ ἀναγκαιότερον γινώσκει, ἄνευ οὗ αὐτὸν μηδὲν καλὸν δύνασθαι καταλαμβάνει. τότε καὶ λυπεῖται, στενάζει, καὶ τὰ κακὰ, ἅπερ ὑπομένει, ἀπεύχεται. Τότε τῷ ἐπὶ πλέον ζῆν ἄχθεται, καὶ ἐλθεῖν τὸν θάνατον εὔχεται, τοῦ δύνασθαι ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· τότε καὶ εὖ νοεῖ τὴν τελείαν ἀσφάλειαν, καὶ πλήρη εἰρήνην ἐν τῷ κόσμῳ οὐ δύνασθαι διατελεῖν.

Κεφ. ιγ'.

Περὶ τοῦ ἀντιστῆναι τοῖς πειρασμοῖς.

α'. ΜΕχρι οὗ ἐν κόσμῳ ζῶμεν, ἄθλιπτοι, καὶ ἀπείραστοι εἶναι οὐ δυνάμεθα. Ὅθεν ἐν τῷ Ἰὼβ γέγραπται· πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο ἂν ἔδει ἕκαστον ἐν τοῖς πειρασμοῖς αὐτοῦ μεριμνᾶν, καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς γρηγορεῖν, τοῦ μὴ τὸν διάβολον εὑρεῖν τὸν τῆς ἀπάτης τόπον, ὃς μηδέποτε νυστάζει, ἀλλὰ περιπατεῖ ζητῶν τίνα καταπίῃ. Οὐδεὶς εἰς τοῦτο τελειότητος καὶ ἁγιοσύνης ἐλήλυθεν, ὥστε

μήποτε

qui non habeat aliquando tentationes, & plenè eis carere non possumus.

2. Sunt tamen tentationes homini sæpe valde vtiles, licet molestæ sint & graues: quia in illis homo humiliatur, purgatur, & eruditur. Omnes sancti, per multas tribulationes & tentationes, transierunt & profecerunt. Et qui tentationes sustinere nequiuerunt, reprobi facti sunt, & defecerunt. Non est aliquis ordo tam sanctus, nec locus tam secretus, vbi non sunt tentationes vel aduersitates.

3. Non est homo securus à tentationibus totaliter, quàm diu vixerit: quia in nobis est unde tentamur, ex quo in concupiscentia nati sumus. Vna tentatione seu tribulatione recedente, alia superuenit: & semper aliquid ad patiendum habebimus, nam bonum felicitatis nostræ perdidimus. Multi quærunt tentationes fugere, & grauiùs incidunt in eas. Per solam fugam non possumus vincere, sed per patientiam & veram humilitatem, omnibus hostibus efficimur fortiores.

4. Qui tantummodo exteriùs declinat, nec radicem euellit, parum proficiet: imò citiùs ad eum tentationes redibunt, & peius sentiet. Paulatim, & per patientiam cum longanimitate (Deo iuuante) meliùs superabis, quàm cum duritia & importunitate propria. Sæpiùs accipe concilium in tentatione: & cum tentato noli duriter agere; sed consolationem ingere, sicut tibi optares fieri.

5. Initium omnium malarum tentationum, incon-

μήποτε πειρασμῷ [illegible]
λαγλιῶσαι ἐχ οἷοί τε γινόμεθα.

β'. Ἀλλ' ὅμως οἱ πειρασμοὶ τῷ ἀνθρώπῳ πάνυ συμφέρουσι, καίπερ ὀχληροὶ καὶ βαρεῖς ὄντες, ὅτι ἐν αὐτοῖς ταπεινοῦται, καθαρίζεται, καὶ παιδεύεται. Ἅπαντες μὲν οἱ ἅγιοι διὰ πολλῶν θλίψεων καὶ πειρασμῶν διῆλθον καὶ προέκοψαν· οἱ δὲ τοὺς πειρασμοὺς ἀνέχειν οὐ δυνηθέντες, ἀδόκιμοι ἐγένοντο, καὶ ἐξέλιπον. Οὐδεμία τάξις οὕτως ἁγία ἐστι, οὐδὲ τόπος οὕτως ἀποκεκρυμμένος, ὅπου οἱ πειρασμοὶ καὶ συμφοραὶ οὐκ εἰσίν.

γ'. Οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος πάντως ἀσφαλὴς τῶν πειρασμῶν, ἕως ἂν ζήσῃ· ὅτι ἡμῖν ἔνεστιν, ὅθεν ἂν πειρασθῶμεν, ἀνθ' ὧν ἐν ἐπιθυμίᾳ ἐγεννήθημεν. πειρασμοῦ, ἢ θλίψεως μιᾶς ἀπελθούσης, ἄλλη ἐπέρχεται, καὶ ἀεὶ πάσχειν τι ἔχομεν, τὸ γὰρ τῆς εὐδαιμονίας ἡμῶν ἀγαθὸν ἀπωλέσαμεν. Οἱ πολλοὶ τοὺς πειρασμοὺς φυγεῖν ἐπιχειροῦντες, εἰς βαρίους ἐμπίπτουσι. Διὰ μόνης φυγῆς οὐ δυνάμεθα περιγίγνεσθαι, ἀλλὰ δι' ὑπομονῆς καὶ ἀληθοῦς ταπεινότητος, πάντων ἐχθρῶν ἰσχυρότεροι ἀποβαίνομεν.

δ'. Ὁ μόνον ἔξω ἐκκλίνων, καὶ τὴν ῥίζαν οὐκ ἐξαιρῶν, ὀλίγον ἐπιδώσει· μᾶλλον δὲ πρὸς αὐτὸν οἱ πειρασμοὶ ἀναστρέψουσι, καὶ κάκιον ἕξει. Κατὰ μικρὸν μεθ' ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας (σὺν θεῷ) κρεῖττον, ἢ μετὰ σκληρότητος καὶ ἀκαιρίας ἰδίας νικήσεις. πειρασθεὶς πλεονάκις συμβουλεύου, καὶ τῷ πειρασθέντι μὴ σκληρῶς πλησίαζε, ἀλλὰ παραμυθίαν πρόσφερε, ὥσπερ ἂν σοι γενέσθαι εὔχοιο.

ε'. Πάντων κακῶν πειρασμῶν ἀρχὴ ἡ τῆς ψυχῆς

ἀστασία,

inconstantia animi, & parua ad Deum confidentia. Quia sicut nauis sine gubernaculo, hinc inde à fluctibus impellitur: ita homo remissus, & suum propositum deserens, variè tentatur. Ignis probat ferrum, & tentatio hominem iustum. Nescimus sæpe, quid possumus: sed tentatio aperit, quid sumus. Vigilandum est tamen, præcipuè circa initium tentationis: quia tunc faciliùs hostis vincitur, si ostium mentis nullatenùs intrare sinitur: sed extra limen, statim vt pulsauerit, illi obuiatur. Vnde quidam dixit: Principijs obsta, serò medicina paratur. Nam primò occurrit menti simplex cogitatio: deinde fortis imaginatio: postea delectatio, & motus prauus, & assensio. Sicque paulatim ingreditur hostis malignus ex toto, dum illi non resistitur in principio. Et quantò diutiùs, ad resistendum quis torpuerit: tantò in se quotidie debilior fit, & hostis contra eum potentior.

6. Quidam in principio conuersionis suæ, grauiores tentationes patiuntur: quidam autem in fine. Quidam verò, quasi per totam vitam suam, malè habent. Nonnulli satis leniter tentantur, secundùm diuinæ ordinationis sapientiam & æquitatem; quæ statum & merita hominum pensat, & cuncta ad electorum suorum salutem præordinat.

7. Ideo non debemus desperare, quum tentamur: sed eò feruentiùs Deum exorare, quatenus nos in omni tribulatione dignetur adiuuare: qui vtique secundùm dictum Pauli, talem faciet, cum tentatione prouentum,

ἀστασία, καὶ

τὸ πλοῖον ἀπήδαλον ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὑπὸ κυμάτων σαλεύεται, οὕτως ὁ ἄνθρωπος ἀνειμένος, καὶ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἐλλείπων πολυμερῶς πειράζεται. Τὸ μὲν πῦρ τὸν σίδηρον, ὁ δὲ πειρασμὸς τὸν ἄνθρωπον τὸν δίκαιον δοκιμάζει. Ἀγνοοῦμεν πολλάκις, τί δυνάμεθα, ἀλλ᾽ ὁ πειρασμὸς δηλοῖ τί ἐσμεν. Ἀλλ᾽ ὅμως γρηγορητέον, μάλιστα κατὰ τὴν τοῦ πειρασμοῦ ἀρχήν, ὅτι τότε ὁ ἐχθρὸς ῥᾷον νικᾶται, ἡνίκα τὴν τῆς ψυχῆς θύραν εἰσελθεῖν οὐκ ἐᾶται, ἀλλ᾽ ἔξω τοῦ οὐδοῦ, ἅμα ὡς ἔκρουσεν, αὐτῷ ἀντιάζωμεν. Διόπερ τις ἔλεξεν, Ἀρχὴν ἰᾶσθαι, πολὺ λῷον ἢ ἐς τελευτήν. Πρῶτον γὰρ ἡ ἁπλῆ ἔννοια εἰς τὴν ψυχὴν ἐπέρχεται· εἶτα κραταιὰ φαντασία· μετὰ ταῦτα, τέρψις καὶ πονηρὰ κίνησις καὶ συνευδόκησις. οὕτω δὴ κατ᾽ ὀλίγον ὁ πανοῦργος ἐχθρὸς πάντως εἰσέρχεται, ἡμῶν αὐτῷ ἐν ἀρχῇ οὐκ ἀντιστάντων. Καὶ ὅσῳ χρονιώτερόν τις εἰς τὸ ἀντιστῆναι ῥᾳθυμήσει, τοσούτῳ ἐν αὐτῷ καθ᾽ ἑκάστην ἀσθενέστερος, καὶ ὁ ἐχθρὸς κατ᾽ αὐτοῦ ἰσχυρότερος γίνεται.

ϛʹ. Οἱ μὲν ἐν τῇ τῆς ἐπιστροφῆς αὐτῶν ἀρχῇ δεινοτέρους πειρασμοὺς ὑπομένουσιν, οἱ δ᾽ ἐν τῷ τέλει· οἱ δὲ σχεδὸν δι᾽ ὅλου βίου αὐτῶν κακοπαθοῦσιν. ἔνιοι ἄλλως ἠρεμαίως πειράζονται, κατὰ τὴν τῆς θείας διοικήσεως σοφίαν τε καὶ ἐπιείκειαν, ἥπερ τὴν τάξιν καὶ τὰς ἀξίας τῶν ἀνθρώπων σταθμᾶται καὶ πάντα εἰς τὴν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ σωτηρίαν προορίζει.

ζʹ. Διόπερ οὐ χρὴ ἡμᾶς πειραζομένους ἀθυμῆσαι, ἀλλὰ τοσούτῳ μᾶλλον δεηθῆναι τοῦ θεοῦ, ἀξιοῦντ᾽ ἡμῖν ἐν πάσῃ θλίψει βοηθεῖν, ὃς δήπου κατὰ τὸν τοῦ Παύλου λόγον, σὺν τῷ πειρασμῷ τοιαύτην ἔκβασιν ποιή-

tum, ut possimus sustinere. Humiliemus ergo animas nostras sub manu Dei, in omni tentatione & tribulatione: quia humiles spiritu saluabit, & exaltabit.

8. In tentationibus & tribulationibus, probatur homo, quantum profecit: & ibi maius meritum existit, & virtus meliùs patescit. Nec magnum est, si homo deuotus sit & feruidus, quum grauitatem non sentit: sed si tempore aduersitatis, patienter se sustinet, spes magni profectus erit. Quidam à magnis tentationibus custodiuntur, & in paruis quotidianis sæpe vincuntur: vt humiliati, nunquam de seipsis in magnis confidant, qui in tam modicis infirmantur.

CAP. XIV.

De temerario iudicio vitando.

1. AD te ipsum oculos reflecte, & aliorum facta caueas iudicare. In iudicando alios, homo frustra laborat, sæpiùs errat, & leuiter peccat: seipsum verò iudicando & discutiendo, semper fructuosè laborat. Sicut nobis res cordi est, sic de ea frequenter iudicamus: nam verum iudicium, propter priuatum amorem, faciliter perdimus. Si DEVS semper esset pura intentio nostri desiderij, non tam faciliter turbaremur, pro resistentia sensus nostri.

2. Sed sæpe aliquid ab intra latet, vel etiam ab extra concurrit, quod nos etiam pariter trahit. Multi occultè seipsos quærunt in rebus quas agunt, & nesciunt. Vidētur etiā in bona pace stare, quando

σει, τοῦ

ταπεινώσωμεν τὰς ψυχὰς ἡμῶν ὑπὸ τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ ἐν παντὶ πειρασμῷ καὶ θλίψει, ὅτι αὐτὸς τοὺς ταπεινοὺς τῇ καρδίᾳ σώσει καὶ ὑψώσει.

ή. Ἐν τοῖς πειρασμοῖς καὶ θλίψεσιν ὁ ἄνθρωπος δοκιμάζεται, ὅσον προέκοψε, καὶ ἐν αὐταῖς μείζων ἡ ἀξία ἐστί, καὶ ἡ ἀρετὴ μᾶλλον δηλοῦται. οὐδὲ μέγα ἐστὶ, τὸν ἄνθρωπον τὸν μὴ βαρυνθέντα, εὐλαβῆ καὶ ζεστὸν εἶναι. ἀλλὰ τῷ τῆς συμφορᾶς χρόνῳ καρτερεῖν, μεγάλης ἐπιδόσεως ἐλπίς ἐστι. Τινὲς μὲν ἀπὸ τῶν μεγάλων πειρασμῶν φυλάττονται, τῶν δὲ μικρῶν τῶν καθ' ἑκάστην πολλάκις ἡττῶνται, ἵνα ταπεινωθέντες μηδέποτε αὐτοῖς ἐν μεγάλοις πεποίθωσιν, ὡς οἱ ἐν τοῖς οὕτω μικροῖς ἀσθενοῦντες.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τοῦ τὴν ἄβουλον κρίσιν φεύγειν.

ά. Τοὺς ὀφθαλμοὺς σεαυτῷ πρόσβαλλε, καὶ τὰς τῶν ἄλλων πράξεις μὴ κρῖνε. Ὁ μὲν ἄνθρωπος ὁ τοὺς ἄλλους κρίνων ματαιοπονεῖ, πολλάκις σφάλλεται, καὶ ῥᾳδίως ἁμαρτάνει. ὁ δὲ ἑαυτὸν κρίνων, καὶ ἐξετάζων ἀεὶ συμφερόντως ἐργάζεται. ὥσπερ τοῦ πράγματος ἡμῖν μέλει, οὕτω συχνῶς τοῦτο κρίνομεν. Τὴν γὰρ κρίσιν τὴν ἀληθῆ, διὰ τὴν φιλαυτίαν ῥᾳδίως ἀπολλύμεθα. Εἰ ὁ Θεὸς ἀεὶ ὁ σκοπὸς ἡμῶν ἐγίνετο, οὐκ ἂν οὕτω ῥᾳδίως διὰ τὴν ἐναντίωσιν τῆς γνώμης ἡμῶν ἐταραττόμεθα.

β'. Καί τοι πολλάκις ἐντός τι κατακρύπτεται, ἢ ἐκτὸς συντρέχει, τὸ ἡμᾶς ἅμα ἑλκύειν. Πολλοὶ ἑαυτοὺς ἐν ταῖς πράξεσιν αὐτῶν κρυφῇ καὶ λαθόντες ζητοῦσι. Προσέτι τῇ μὲν καλῇ εἰρήνῃ ἐμμένειν δοκοῦσι, τῶν πραγμάτων

κατὰ

quando res pro eorum velle fiunt, & ſentire. Si autem aliter fit quàm cupiunt, citò mouentur & triſtes fiunt. Propter diuerſitatem ſenſuum & opinionum, ſatis frequenter oriuntur diſſenſiones, inter amicos & ciues: inter religioſos & deuotos.

3. Antiqua conſuetudo difficulter relinquitur: & vltra proprium videre, nemo libenter ducitur. Si rationi tuæ magis inniteris vel induſtriæ, quàm virtuti ſubiectiuæ Ieſu Chriſti, rarò & tardè eris homo illuminatus; quia Deus vult nos ſibi perfectè ſubijci, & omnem rationem per inflammatum amorem tranſcendere.

CAP. XV.

De operibus ex charitate factis.

1. PRo nulla re mundi, & pro nullius hominis dilectione, aliquod malum eſt faciendum: ſed pro vtilitate tamen indigentis, opus bonum liberè aliquando intermittendum eſt, aut etiam pro meliori mutandum. Hoc enim facto, opus bonum non deſtruitur, ſed in melius commutatur. Sine charitate, opus externum nihil prodeſt: quicquid autem ex charitate agitur, quantumcunque etiam paruum ſit & deſpectum, totum fructuoſum efficitur. Magis ſiquidem Deus penſat ex quanto quis agit, quàm quantum facit. Multum facit, qui multum diligit.

β'. Πλείους μὲν τοῦ κόσμου ἀσμενέστερον, ἢ τοῦ θεοῦ ἀκούουσι· ῥᾷον δὲ τὴν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαν, ἢ τὴν τοῦ θεοῦ εὐδοκίαν διώκουσιν. ἐπαγγέλλεται ὁ κόσμος τὰ πρόσκαιρα καὶ μικρά· καὶ προθυμότατον αὐτῷ δουλεύουσιν. ἐγὼ δὲ τὰ μέγιστα καὶ αἰώνια ἐπαγγέλλομαι, καὶ αἱ τῶν ἀνθρώπων καρδίαι ὀκνοῦσι, τίς οὕτως ἐπιμελῶς ἐν

omni... ..., sicut mundo & dominis ...ius seru...ur? Erubesce Sidon, ait mare. Et si causam quæris, audi quare. Pro modica præbenda, longa via curritur: pro æterna vita, à multis vix pes semel à terra leuatur. Vile pretium quæritur: pro vno numismate interdum turpiter litigatur: pro vana re & parua promissione, die noctuque fatigari non timetur.

3. Sed proh dolor, pro bono incommutabili, pro præmio inæstimabili, pro summo honore & gloria interminabili, vel ad modicum fatigari pigritatur. Erubesce ergò serue piger & querulose, quòd illi paratiores inueniuntur ad perditionem, quàm tu ad vitam. Gaudent illi ampliùs ad vanitatē, quàm tu ad veritatē. Equidē à spe sua nonnunquam frustrantur, sed promissio mea neminē fallit, nec confidentem mihi dimittit inanem. Quod promisi, dabo; quod dixi, implebo; si tamen vsque in finem, fidelis in dilectione mea quis permanserit. Ego remunerator sum omnium bonorum, & fortis probator omnium deuotorum.

4. Scribe verba mea in corde tuo, & pertracta diligenter: erunt enim in tempore tentationis, valdè necessaria. Quod non intelligis, cùm legis, cognosces in die visitationis. Dupliciter soleo electos meos visitare, tentatione scilicet & consolatione. Et duas lectiones eis quotidie lego: vnam increpando eorum vitia; alteram exhortando ad virtutum incrementa. Qui habet verba mea, & spernit ea, habet qui iudicet eum, in nouissimo die.

Oratio

πο[illegible]

τοῦ [illegible]

λασσα. καὶ ἐπὶ τ[illegible]κρᾶς προσόδου μακρὰν ὁδὸν διατρέχουσιν· ἀντὶ δὲ τῆς ζωῆς αἰωνίου πολλοὶ σχεδὸν ἅπαξ τὸν πόδα ἀπὸ τῆς γῆς αἴρουσιν· εὐτελὲς κέρδος ζητοῦσι· περὶ ἑνὸς ὀβολοῦ ποτε αἰσχρῶς ἐρίζουσιν· ὑπὲρ κενοῦ πράγματος καὶ μικρᾶς ὑποσχέσεως νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀποκάμνειν οὐκ ὀκνοῦσιν.

γ'. Ἀλλ' αἲ αἴ, ὑπὲρ τοῦ ἀμεταβλήτου ἀγαθοῦ, ὑπὲρ τοῦ ἄθλου ἀτιμήτου, ὑπὲρ τῆς μεγίστης τιμῆς καὶ ἀπεράντου δόξης, καὶ πρὸς ὀλίγον ἐνοχλούμενοι ῥαθυμοῦσιν. αἰσχύνθητι οὖν δοῦλε ἀργὲ καὶ μεμψίμοιρε, ἐν τῷ αὐτοὺς ἑτοιμοτέρους εὑρεθῆναι εἰς τὴν ἀπώλειαν, ἢ σὲ εἰς τὴν ζωήν. τῇ ματαιότητι αὐτοὶ μᾶλλον χαίρουσιν, ἢ σὺ τῇ ἀληθείᾳ. καὶ τῆς μὲν ἐλπίδος αὐτῶν ποτε ἀποτυγχάνουσι· τὸ δὲ ἐπάγγελμά μου μηδένα σφάλλει, οὐδὲ τὸν πεποιθότα μοι ἐξαποστέλλει κενόν. ὅπερ ἐπηγγειλάμην, δώσω· ὅπερ ἔλεξα, πληρώσω, εἴγε τις ἕως τοῦ τέλους ἐν τῇ ἀγάπῃ μου πιστὸς μενεῖ. ἐγὼ μισθαποδότης γίνομαι πάντων ἀγαθῶν, καὶ ἰσχυρὸς δοκιμαστὴς πάντων εὐλαβῶν.

δ'. Γράψον τὰ ῥήματά μου ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐπιμελῶς αὐτὰ σκόπησον· ἐν τῷ γὰρ καιρῷ τοῦ πειρασμοῦ ἀναγκαιέστατά σοι ἔσται. ὅ, τι οὐ κατανοεῖς ἀναγινώσκων, γνώσῃ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς. διπλαχῶς τοὺς ἐκλεκτούς μου ἐπισκοπεῖν εἴωθα, τῷ πειρασμῷ δήπου, καὶ τῇ παρακλήσει· προσέτι δύο ἀναγνώσεις αὐτοῖς καθ' ἑκάστην ἐξηγοῦμαι, τὴν μέν, τὰς κακίας αὐτῶν ἐπιτιμῶν, τὴν δ', εἰς τὴν τῶν ἀρετῶν αὔξησιν προτρέπων. ὁ ἔχων τοὺς λόγους μου, καὶ καταφρονῶν αὐτῶν, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

Εὐχὴ

... ...andam deuotionis gratiam.

1. DOmine Deus meus, omnia bona mea tu es. Et quis ego sum, vt audeam ad te loqui? Ego sum pauperrimus seruulus tuus, & abiectus vermiculus: multò pauperior & contemptibilior, quàm scio, & dicere audeo. Memento tamen Domine, quia nil sum, nihil habeo, nihilque valeo. Tu solus bonus, iustus & sanctus; tu omnia potes, omnia præstas, omnia imples, solum peccatorem inanem relinquens. Reminiscere miserationum tuarum, & imple cor meum gratia tua, qui non vis esse vacua opera tua.

2. Quomodo possum me tolerare in hac misera vita: nisi me confortauerit misericordia, & gratia tua? Noli auertere faciem tuam à me: noli visitationem tuam prolongare: noli consolationem tuam abstrahere, ne fiat anima mea, sicut terra, sine aqua tibi. Domine, doce me facere voluntatem tuam: doce me coram te dignè & humiliter conuersari: quia sapientia mea tu es, qui in veritate me cognoscis, & cognouisti antequam fieret mundus, & antequam natus essem in mundo.

CAP. IV.

Quod in veritate & humilitate, coram Deo conuersandam est.

1. FIli, ambula coram me in veritate; & in simplicitate cordis tui, quære me semper. Qui ambulat coram me in veritate, tutabitur ab incursibus malis, & veritas liberabit eum à seductoribus & detractionibus iniquorum. Si veritas

τίς ἐγώ, ὃς ἂν πρὸς σὲ λαλῆσαι τολμήσω; ἐγώ εἰμι πενέστατον δουλάριόν σου, καὶ καταβεβλημένον σκωλήκιον. πολλῷ πενέστερος καὶ μᾶλλον καταφρόνητος ὑπάρχων, ἢ γινώσκω καὶ θαρρῶ εἰπεῖν. ἀλλ᾽ ὅμως, κύριε, μνήσθητι, ὅτι μηδὲν ἐγώ εἰμι, μηδὲν ἔχω, καὶ μηδὲν ἰσχύω. σὺ μόνος ἀγαθός, δίκαιος καὶ ἅγιος. σὺ πάντα δύνῃ, σὺ πάντα παρέχεις, πάντα πληροῖς, τὸν ἁμαρτωλὸν μόνον κενὸν καταλείπων. μέμνησο τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ γέμισον τὴν καρδίαν μου τῆς χάριτός σου, ὁ μὴ βουλόμενος τὰ ἔργα σου εἶναι κενά.

β'. Πῶς ἂν ἐν τῷδε τῷ ταλαιπώρῳ βίῳ ἀνέχεσθαί μου δυνηθῶ, τῷ ἐλέει καὶ τῇ χάριτί σου μὴ κραταιωθείς; μὴ ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ ἐμοῦ· μὴ μάκρυνον τὴν ἐπισκοπήν σου, μὴ ἆρον τὴν παράκλησίν σου, τοῦ μὴ ὡς γῆν ἄνυδρον γενέσθαι σοι τὴν ψυχήν μου. κύριε, δίδαξόν με τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου· δίδαξόν με τοῦ ἐνώπιόν σου ἀξίως καὶ ταπεινῶς περιπατεῖν, ὅτι ἡ σοφία μου σὺ γίνῃ, ὃς ἐπ᾽ ἀληθείας με γινώσκεις, καὶ ἔγνως πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν κόσμον, καὶ πρὸ τοῦ ἐμὲ γεννηθῆναι ἐν τῷ κόσμῳ.

Κεφ. δ'.

Ὅτι ἐν ἀληθείᾳ καὶ ταπεινότητι χρὴ τῷ θεῷ πλησιάζειν.

α'. Τέκνον, περιπάτει ἐνώπιόν μου ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας σου ἀεὶ ζήτει με. ὁ περιπατῶν ἐνώπιόν μου ἐν ἀληθείᾳ, σκεπασθήσεται ἀπὸ πολλῶν συμπτωμάτων, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει αὐτὸν ἀπὸ πλάνων καὶ καταλαλιῶν τῶν ἀδίκων. ἐὰν ἡ

ἀλήθεια

ve[illegible] [illegible]ber eris, & non curabis [illegible] num verbis. Domine verum e[illegible] Sicu[illegible] [illegible], ita quæso, mecum fiat. Veritas tua me doceat; ipsa me custodiat, & vsque ad salutarem finem conseruet. Ipsa me liberet ab omni affectione mala, & inordinata dilectione: & ambulabo tecum, in magna cordis libertate.

2. Ego te docebo (ait veritas) quæ recta sunt, & placita coram me. Cogita peccata tua, cum displicentia magna & mœrore: & nunquam reputes te aliquid esse, propter opera bona. Reuera peccator es, & multis passionibus obnoxius & implicatus. Ex te semper ad nihil tendis, & citò laberis: citò vinceris, citò turbaris, citò dissolueris. Non habes quicquam, vnde possis gloriari, sed multa, vnde te debeas vilificare: quia multò infirmior es, quàm vales comprehendere.

3. Nihil ergo magnum tibi videatur ex omnibus, quæ agis. Nil grande, nil pretiosum & admirabile, nil reputatione appareat dignum: nil altum, nihil verè laudabile & desiderabile, nisi quod æternum est. Placeat tibi super omnia æterna veritas, displiceat tibi semper tua maxima vilitas. Nil sic timeas, sic vituperes & fugias, sicut vitia & peccata tua: quæ magis displicere debent, quàm quælibet rerum damna. Quidam non syncerè coram me ambulant, sed quadam curiositate & arrogantia ducti, volunt secreta mea scire, & alta Dei intelligere, se & suã salutem

ἀληθές ἐστιν· ὥσπερ εἶπες, οὕτως, [illegible], γένοιτο μοι. ἡ ἀλήθειά σου διδάξαι με, αὐτὴ φυλάξαι με, ϗ ἕως τοῦ σωτηρίου τέλους διασώσαι. αὐτὴ ῥύσαιτό με ἀπὸ παντὸς πάθους κακοῦ, ϗ ἀτάκτου ἀγαπήσεως· ϗ περιπατήσω μετά σου ἐν μεγάλῃ ἐλευθερίᾳ τῆς καρδίας.

β'. Ἐγὼ διδάξω σε (φησὶν ἡ ἀλήθεια) τὰ εὐθέα ϗ ἀρεστὰ ἔμπροσθέν μου. ἐννόει τὰς ἁμαρτίας σου σὺν μεγάλῃ δυσαρεστήσει, ϗ λύπῃ· ϗ μήποτε διὰ τἀγαθὰ ἔργα δόξῃς σοι εἶναί τι. ἀληθῶς ἁμαρτωλὸς εἶ, ϗ πολλοῖς πάθεσιν ἔνοχος ϗ ἐμπλεχθείς. ἐκ σεαυτοῦ ἀεὶ εἰς μηδὲν τείνεις, ϗ ταχέως ὀλισθαίνεις, ταχέως νικᾷ, ταχέως ταράττῃ, ταχέως ἐκλύῃ. οὐκ ἔχεις τι, ἐφ' οὗ ἂν καυχᾶσθαι οἷός τ' ἦς, ἀλλὰ πολλά, δι' ἅπερ ἂν ἐξουθενίσῃς σε, ὅτι πολλῷ ἀσθενέστερος εἶ, τοῦ δυνηθῆναί σε καταλαβέσθαι.

γ'. Μηδὲν οὖν ἁπάντων, ὧν πράττεις, περὶ πολλοῦ ποιητέον σοι δοκείτω. μηδὲν μέγα, μηδὲν τίμιον, ϗ θαυμάσιον, μηδὲν ἔνδοξον φαινέσθω· μηδὲν ὑψηλόν, μηδὲν ὄντως ἐπαινετόν, ϗ ποθεινόν, εἰ μὴ τὸ αἰώνιον γινόμενον. ἀρεσκέτω σοι ἀεὶ ὑπὲρ πάντα ἡ αἰώνιος ἀλήθεια· ἀπαρεσκέτω δέ σοι ἀεὶ ἡ μεγίστη εὐτέλειά σου. μηδὲν οὕτω φοβοῦ, οὕτως ἐπιτίμα, ϗ φεῦγε, ὥσπερ τὰς κακίας ϗ ἁμαρτίας σου, ἃς μᾶλλον πασῶν συμφορῶν δεῖ σοι ἀπαρέσκειν. οὐκ εἰλικρινῶς τινες ἐνώπιόν μου περιπατοῦσιν, ἀλλὰ περιεργίᾳ ϗ ἀλαζονείᾳ ὑπαχθέντες τὰ ἀπόρρητά μου γνῶναι, ϗ τὰ ὑψηλὰ τοῦ θεοῦ συνιέναι ἐθέλουσιν, ἑαυτῶν ϗ τῆς ἰδίας σωτηρί-

salute ... i sæpè in magnas tentation... & pecc...a, propter suam superbiam & curiositatem, me eis adversante, labuntur.

4. Time iudicia Dei, expauesce iram omnipotentis. Noli autem discutere opera altissimi, sed tuas iniquitates perscrutare, in quantis deliquisti, & quàm multa bona neglexisti. Quidam solùm portant suam deuotionem in libris, quidam in imaginibus, quidam autem in signis exterioribus & figuris. Quidam habent me in ore, sed modicùm in corde. Sunt alij, qui intellectu illuminati & affectu purgati, ad æterna semper anhelant: de terrenis grauiter audiunt, necessitatibus naturæ dolentes inseruiunt; & hi sentiunt, quid spiritus veritatis loquitur in eis. Quia docet eos terrena despicere, & amare cœlestia: mundum negligere, & cælum tota die ac nocte desiderare.

Cap. V.

De mirabili effectu diuini amoris.

1. BEnedico te pater cælestis, pater Domini mei Iesu Christi, quia mei pauperis dignatus es recordari. O pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, gratias ago tibi, qui me indignum omni consolatione, quandoq; tua recreas consolatione. Benedico te semper & glorifico, cum vnigenito filio tuo, & spiritu sancto paraclito, in sæcula sæculorum. Eia Domine Deus, amator sancte meus, cum tu veneris in cor meum, exultabunt omnia interiora mea. Tu es gloria mea, & exultatio cordis mei. Tu spes mea & refugium meũ, in die tribulationis meę.

2. Sed

σωτηρί

καὶ ἀμα

μοσύνην αὐτῶν, ἐμοῦ αὐτοῖς ἐναντιουμένου, πολλάκις περιπίπτουσι.

δ. Τὰ τοῦ θεοῦ κρίματα φοβοῦ, καὶ τὴν ὀργὴν τοῦ παντοκράτορος ἐκπλήττου. μὴ ἐξέταζε τὰ τοῦ ὑψίστου ἔργα, ἀλλὰ τὰς ἀνομίας σου ἐξερεύνα, ἐν ὅσαις ἐξήμαρτες, καὶ ὡς πολλῶν ἀγαθῶν ἠμέλησας. οἱ μὲν τὴν εὐσέβειαν αὐτῶν βαστάζουσι μόνον ἐν ταῖς βίβλοις, οἱ δ' ἐν ταῖς εἰκόσιν, ἕτεροι δ' ἐν τοῖς ἔξω σημείοις καὶ τύποις. ἄλλοι ἐν τῷ στόματί με ἔχουσι, μικρὸν δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ. εἰσί τινες οἱ τῷ νῷ διαφωτισθέντες, καὶ τῇ διαθέσει καθαρισθέντες τὰ αἰώνια ἀεὶ ἐπιποθοῦσι. τῶν ἐπιγείων δυσχερῶς ἀκούουσι, ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις ὀδυνώμενοι δουλεύουσιν. οὗτοι δὲ γινώσκουσι τί τὸ τῆς ἀληθείας πνεῦμα ἐν αὐτοῖς λαλεῖ. ὅτι αὐτοὺς διδάσκει τῶν ἐπιγείων καταφρονεῖν, καὶ τὰ ἐπουράνια ἀγαπᾶν, τοῦ κόσμου ἀφροντίζειν, νυκτός τε καὶ ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ ἐπιθυμεῖν.

Κεφ. ε.

Περὶ τοῦ θαυμαστοῦ ἐνεργήματος τῆς θείας ἀγάπης.

α. Εὐλογῶ σε πάτερ οὐράνιε, πάτερ τοῦ κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἐμοῦ πτωχοῦ ἠξίωσας μνησθῆναι. ὦ πάτερ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως, εὐχαριστῶ σοι, ὃς ἐμὲ πάσης παρακλήσεως ἀνάξιον ἐνίοτε ἀναπαύεις παρακλήσει σου. εὐλογῶ σε ἀεὶ καὶ δοξάζω σὺν τῷ μονογενεῖ υἱῷ σου, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. εἶα κύριε ὁ θεός, ἅγιε φιλητά μου, σοῦ ἐρχομένου εἰς τὴν καρδίαν μου, ἀγαλλιάσεται πάντα τὰ ἐντός μου. σὺ εἶ δόξα μου, καὶ ἀγαλλίασις τῆς καρδίας μου. σὺ ἐλπίς μου, καὶ καταφυγή μου, ἐν ἡμέρᾳ τῆς θλίψεώς μου.

2. ... sum in amore, & impe ... irtute; ideo necesse habeo à te confortari & consolari : propterea visita me sæpiùs, & instrue disciplinis sanctis. Libera me à passionibus malis, & sana cor meum ab omnibus affectionibus inordinatis: vt intùs sanatus & bene purgatus, aptus efficiar ad amandum, fortis ad patiendum, stabilis ad perseuerandum.

3. Magna res est amor, magnum omninò bonum: quod solùm leue facit omne onerosum, & fert æqualiter omne inæquale. Nam onus sine onere portat, & omne amarum dulce ac sapidum efficit. Amor IESV nobilis, ad magna operanda impellit, & ad desideranda semper perfectiora excitat. Amor vult esse sursum, nec ullis infimis rebus retineri. Amor vult esse liber, & ab omni mundana affectione alienus: ne internus eius impediatur aspectus: ne per aliquod commodum temporale implicitationes sustineat, aut per incommodum succumbat, Nihil dulcius est amore, nihil fortius, nihil altius, nihil latius, nihil iucundius, nihil plenius nec melius in cælo & in terra; quia amor ex DEO natus est, nec potest, nisi in Deo, super omnia creata quiescere.

4. Amans volat, currit, & lætatur; liber est, & non tenetur. Dat omnia pro omnibus, & habet omnia in omnibus; quia in vno summo super omnia quiescit, ex quo omne bonū fluit & procedit.

Non

β΄. Α

ἀτελὴς

καὶ παρακαλέσαι.

παίδευσόν με ταῖς ἁγίαις παιδείαις. ῥῦσαί με ἀπὸ τῶν παθῶν κακῶν, καὶ ἴασαι τὴν καρδίαν μου ἀπὸ πασῶν ἀτάκτων διαθέσεων, ὅπως ἔσω θεραπευθεὶς καὶ καλῶς καθαρισθεὶς, ἐπιτήδειος εἰς τὸ ἀγαπᾷν, ἰσχυρὸς εἰς τὸ ὑπομένειν, καὶ βέβαιος εἰς τὸ διαμένειν γένωμαι.

γ΄. Μέγα τι ἡ ἀγάπη ἐστὶ, μέγα δὴ ἀγαθόν· ὃ μόνον πᾶν φορτικὸν κουφίζει, καὶ πᾶν ἀνώμαλον ὁμαλῶς φέρει· τὸ γὰρ φορτίον ἄνευ φορτίου βαστάζει, καὶ πᾶν πικρὸν, γλυκὺ καὶ εὔγευστον κατεργάζεται. ἡ τοῦ Ἰησοῦ ἀγάπη εὐγενὴς, ἐπὶ τὸ μεγάλα πράττειν παρορμᾷ, καὶ εἰς τὸ τελειότερα ἀεὶ ποθῆσαι ἐπεγείρει. ἡ ἀγάπη εἰς τὰ ἄνω τείνει, οὐδὲ οὐδενὶ τῶν κατωτάτων κατέχεσθαι ἐθέλει. ἡ ἀγάπη ἐλευθέρα, καὶ πάσης κοσμικῆς διαθέσεως ἀλλοτρία εἶναι βούλεται, τοῦ μὴ τὴν ἔσω ὄψιν αὐτῆς ἐμποδισθῆναι, μηδὲ δι' εὐχέρημά τι πρόσκαιρον ἐπιπλοκὰς παθεῖν, ἢ διὰ δυσχέρημα ἡττηθῆναι. μηδέν ἐστι τῆς ἀγάπης ἡδύτερον, μηδὲν ἰσχυρότερον, μηδὲν ὑψηλότερον, μηδὲν εὐρύτερον, μηδὲν τερπνότερον, μηδὲν μεστότερον, μηδὲν οὐδ' ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὐδ' ἐν τῇ γῇ βέλτιον· ὅτι ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ θεοῦ ἐγεννήθη, καὶ μόνον ἐν τῷ θεῷ, ὑπὲρ πάντα κτισθέντα, ἀναπαύεσθαι δύναται.

δ΄. Ὁ ἀγαπῶν πέταται, τρέχει, καὶ χαίρει· καὶ ἐλεύθερος τυγχάνων οὐ κρατεῖται. πάντα ἀντὶ πάντων δίδωσι, καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ἔχει, ὅτι ἐν ἑνὶ μεγίστῳ ὑπὲρ πάντα ἡσυχάζει, ἐξ οὗ πᾶν ἀγαθὸν χεῖ καὶ ἐκπορεύεται.

οὐ βλέ-

[illegible], ſed ad donantem ſe con-
[illegible] ſuper [illegible] bona. Amor modum ſæpè [illegible] omnem modum ferueſcit. Amor onus non ſentit, labores non reputat; plus affectat, quàm valet: de impoſſibilitate non cauſatur, quia cuncta ſibi poſſe & licere arbitratur. Valet igitur ad omnia, & multa implet, & effectui mancipat, vbi non amans deficit & iacet.

5. Amor vigilat, & dormiens non dormitat. Fatigatus non laſſatur: arctatus, non coarctatur: territus, non conturbatur: ſed ſicut viuax flamma & ardens facula, ſurſum erumpit, ſecureq́; pertranſit. Si quis amat, me nouit, quid hæc vox clamet. Magnus clamor in auribus Dei eſt, ipſe ardens affectus animæ, quæ dicit: Deus meus, amor meus: tu totus meus, & ego totus tuus.

6. Dilata me in amore, vt diſcam interiori cordis ore deguſtare, quàm ſuaue ſit amare, & in amore liqueſieri & natare. Tenear amore, vadens ſupra me, præ nimio feruore & ſtupore. Cantem amoris canticum, ſequar te dilectum meum in altum, deficiat in laude tua anima mea, iubilans ex amore. Amem te, pluſquam me: nec me, niſi propter te: & omnes in te, qui verè amant te, ſicut iubet lex amoris lucens ex te.

7. Eſt amor velox, ſyncerus, pius, iucundus & amœnus: fortis, patiens, fidelis, prudens, longanimis, virilis, & ſeipſum nunquam quærens.

Vbi

παντ… λάκις ἀγνοεῖ, ἀλλ' ὑπὲρ παν μ… φορτίου οὐκ αἰσθάνεται, τοὺς πόνους οὐ λογίζεται· πλεῖον τοῦ δύνασθαι ἐπιποθεῖ· τῇ τῆς ἀδυναμίας προφάσει οὐ χρῆται, ὅτι πάντα δυνατὰ καὶ θεμιτὰ αὐτῇ εἶναι νομίζει. ἰσχύει τοίνυν εἰς πάντα, καὶ πολλὰ πληροῖ, καὶ διαπράττεται, τοῦ μὴ ἀγαπῶντος, ἀπολείποντος καὶ ἀθυμοῦντος.

ε'. Η ἀγάπη ἐγρηγορεῖ, καὶ καθεύδουσα οὐ νυστάζει· κάμνουσα οὐ καταπονεῖται· θλιβομένη οὐ στενοχωρεῖται· ἐκφοβουμένη οὐ διαταράττεται, ἀλλ' ὥσπερ ζωηρὰ φλὸξ καὶ καιόμενον δᾳδίον ἄνω ἀναρρήγνυται, καὶ ἀσφαλῶς διέρχεται, εἴ τις ἀγαπᾷ με, γινώσκει, τί ἂν αὕτη βοὴ βοᾷ. μεγάλη φωνὴ ἐν τοῖς τοῦ θεοῦ ὠσί ἐστιν, αὐτὴ ἡ καιομένη διάθεσις τῆς ψυχῆς, ἥπερ λέγει· ὁ θεός μου, ἡ ἀγάπη μου· σὺ ὅλος ἐμός, κἀγὼ ὅλος σός.

ς'. Πλάτυνόν με ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἵνα μάθω τῷ ἔσω στόματι γεύσασθαι, ὡς γλυκύ ἐστιν ἀγαπᾷν, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ διατήκεσθαι καὶ νήχεσθαι. τῇ ἀγάπῃ κατέχωμαι, βαδίζων ὑπὲρ ἐμὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν ζέσεως καὶ ἐκστάσεως. ᾄδω τὸ τῆς ἀγάπης ᾆσμα, ἀκολουθῶ σοι τῷ ἀγαπητῷ μου εἰς τὰ ἄνω, ἐκλείπῃ ἡ ψυχή μου εἰς τὸν αἶνόν σου, ἀλαλάζουσα ὑπὸ τῆς ἀγάπης. ἀγαπῶ σε μᾶλλον ἐμοῦ, οὐδ' ἐμέ, εἰ μὴ διὰ σέ, καὶ ἔν σοι πάντας τοὺς ἀληθῶς ἀγαπῶντάς σε, καθὼς ὁ νόμος τῆς ἀγάπης ὁ ἐκ σοῦ ἐκλάμπων, κελεύει.

ζ'. Η ἀγάπη ἐστὶν ὠκεῖα, εἰλικρινής, εὔσπλαγχνος, ἡδεῖα καὶ εὔθυμος· ἰσχυρά, ἀνεξίκακος, πιστή, φρόνιμος, μακρόθυμος, ἀνδρώδης, καὶ ἑαυτὴν μηδέποτε ζητοῦσα·

V bre... ...erit, ibi ab amore cadit. Est am... ...upectus, humilis, & rectus: non moll..., non leuis, nec vanis intendens rebus; sobrius, castus, stabilis, quietus, & in cunctis sensibus cu... ...ditus. Est amor subiectus, & obediens ...tis, sibi vilis & despectus, Deo deuo... & gratificus, fidens & sperans semper in eo, etiam cùm sibi non sapit Deus: quia sine dolore, non viuitur in amore.

8. Qui non est paratus omnia pati, & ad voluntatem stare dilecti, non est dignus amator appellari. Oportet amantem, omnia dura & amara, propter dilectum libenter amplecti; nec ob contraria accidentia, ab eo deflecti.

Cap. VI.

De probatione veri amatoris.

1. Filli, non es adhuc fortis & prudens amator. Quare Domine? Quia propter modicam contrarietatem deficis à cœptis, & nimis auidè consolationem quæris. Fortis amator stat in tentationibus, nec callidis credit persuasionibus inimici. Sicut ei in prosperis placeo, ita nec in aduersis displiceo.

2. Prudens amator, non tam donum amantis considerat, quàm dantis amorem. Affectum potiùs attendit, quàm censum: & infra dilectum, omnia data ponit. Nobilis amator, non quiescit in dono, sed in me super omne donum. Non est ideo totum perditum, si quandoque minùs benè de me, vel de sanctis meis sentit, quàm velles. Affectus ille bonus & dulcis, quem inter-

ὅπου.
ἡ ἀγάπη.

μαλακή, οὐκ ἐλαφρά, οὐδὲ ματαιόσπουδος· νηφάλιος, ἁγνή, εὐσταθής, ἥσυχος, καὶ ἐν πάσαις αἰσθήσεσι πεφυλαγμένη. ἡ ἀγάπη τοῖς προεστῶσιν ὑποτάττεται καὶ πειθαρχεῖ, ἑαυτῇ εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος οὖσα, πρὸς τὸν θεὸν εὐσεβῶς καὶ εὐχαρίστως ἔχουσα, ἀεὶ ἐπ' αὐτὸν πεποιθυῖα, καὶ ἐλπίζουσα, καὶ ὅτε αὐτῇ ὁ θεὸς οὐ γλυκαίνεται· ὅτι ὁ ἀγαπῶν ἀλύπως οὐ διάγει.

ή. Ὁ οὐχ ἕτοιμος ὢν πάντα παθεῖν, καὶ τῷ τοῦ ἀγαπητοῦ θελήματι ἀρέσκεσθαι, τοῦ ὀνομασθῆναι ἀγαπητὸν ἀνάξιός ἐστι· δεῖ τὸν ἀγαπῶντα, πάντα τὰ δεινὰ καὶ πικρὰ διὰ τὸν ἀγαπητὸν ἡδέως ἀσπάζεσθαι, οὐδὲ διὰ τἀναντία συμβεβηκότα ἀπ' αὐτοῦ ἐκκλίνειν.

Κεφ. ϛ'. Περὶ τῆς τοῦ ἀληθοῦς φιλητοῦ δοκιμασίας.

α'. Τέκνον, οὔπω ἰσχυρὸς καὶ φρόνιμος φιλητὴς εἶ. διὰ τί κύριε; ὅτι διὰ μικρὰν ἐναντιότητα τὰ καταρχθέντα ἐκλείπεις, καὶ ἄγαν ἐπιθυμητικῶς τὴν παράκλησιν ζητεῖς. ὁ ἰσχυρὸς φιλητὴς ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἵσταται, καὶ ταῖς τοῦ ἐχθροῦ πείσεσι δολεραῖς οὐ πιστεύει. ὥσπερ αὐτῷ εὐτυχοῦντι ἀρέσκω, οὕτω δυστυχοῦντι οὐκ ἀπαρέσκω.

β'. Ὁ φρόνιμος φιλητής, τὴν τοῦ διδόντος ἀγάπην μᾶλλον, ἢ τὸ τοῦ ἀγαπῶντος δῶρον λογίζεται. τὴν διάθεσιν μᾶλλον, ἢ τὸ τίμημα σκοπεῖ, καὶ πάντα δωρήματα περὶ ἐλάττονος ποιεῖται τοῦ ἀγαπητοῦ. ὁ εὐγενὴς φιλητὴς οὐχ ἡσυχάζει ἐν τῷ δώρῳ, ἀλλ' ἐν ἐμοὶ ὑπὲρ πᾶν δῶρον. οὐ διὰ τοῦτο ὅλον ἀπώλολεν, ὅτι ποτὲ περὶ ἐμοῦ, ἢ περὶ τῶν ἁγίων μου ἧττον καλῶς, ἢ ἂν ἐβούλου, γινώσκεις. ἐκείνη ἡ ἀγαθὴ καὶ ἡδεῖα διάθεσις, ἥσπερ

N 2

interdu[illegible] gratiæ præsentis eſt, & quidam præ[illegible] patriæ cæleſtis: ſuper quo non nimium innitendum, quia vadit, & venit. Certare autem aduersùs incidentes malos motus animi, ſuggeſtionemque ſpernere diaboli, inſigne eſt virtutis, & magni meriti.

3. Non ergò te conturbent alienæ phantaſiæ, de quacunque materia ingeſtæ. Forte ſerua propoſitum, & intentionem rectam ad Deum. Nec eſt illuſio, quòd aliquando in excelſum ſubitò raperis, & ſtatim ad ſolitas ineptias cordis reuerteris. Illas enim inuitè magis pateris, quàm agis: & quàm diu diſplicent & reniteris, meritum eſt, & non perditio.

4. Scito, quod antiquus inimicus, omninò nititur impedire deſiderium tuum in bono, & ab omni deuoto exercitio euacuare: à ſanctorum ſcilicet cultu, à pia paſſionis meæ memoria, à peccatorum vtili recordatione, à proprij cordis cuſtodia, & à firmo propoſito proficiendi in virtute. Multas malas cogitationes ingerit, vt tædium tibi faciat & horrorem: vt ab oratione reuocet, & ſacra lectione. Diſplicet ipſi humilis confeſſio, & (ſi poſſet) à communione ceſſare faceret. Non credas ei, neque cures illum, licet ſæpiùs tibi deceptionis tetenderit laqueos. Ipſi imputa, cùm mala inſerit, & immunda. Dicito illi; Vade immunde ſpiritus, erubeſce miſer, valde immundus es tu, qui talia infers auribus meis. Diſcede

à me

καὶ προσευχεύουσι τις · [illegible]
ἰσχυρίζεσθαι, ὅτι ὑπάγει καὶ ἔρχεται. πρὸς δὲ τὰ κακὰ πάθη τῆς ψυχῆς τὰ ἐμπίπτοντα ἀγωνίζεσθαι, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου ἐμπνεύσεως καταφρονεῖν, τῆς ἀρετῆς καὶ μεγάλης ἀξίας σημεῖόν ἐστι.

γ΄. Διόπερ αἱ ἀλλότριαι φαντασίαι περὶ ὁποιασοῦν ὑποθέσεως ὑποβληθεῖσαι, μή σε διαταραττέτωσαν. τὴν ἰσχυρὰν πρόθεσιν καὶ τὴν εὐθεῖαν προαίρεσιν πρὸς τὸν θεὸν διαφύλαττε. οὐκ ἔστιν ἐμπαιγμὸς τὸ αἰφνιδίως ποτὲ ἐπαρθέντα σε ὑψόσε, εὐθέως εἰς τὰς εἰωθυίας φλυαρίας τῆς καρδίας ἐπανελθεῖν. αὐτὰς γὰρ μᾶλλον ἄκοντι πάσχεις, ἢ ἐργάζῃ. καὶ ἐφ᾽ ὅσον ἀπαρέσκουσι, καὶ σὺ ἀντιπάττῃ, ἀξία ἐστιν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπώλεια.

δ΄. Γίνωσκε, ὅτι ὁ πάλαι ἐχθρὸς διάβολος ἐπιχειρεῖ τὴν ἐπιθυμίαν σου ἐν καλῷ ἔργῳ ἐμποδίζειν, καὶ πάσης εὐσεβοῦς ἀσκήσεως ἀποστερεῖν. τῆς δήπου σεβάσεως τῶν ἁγίων, τῆς εὐλαβοῦς μνήμης τοῦ πάθους μου, τῆς ὠφελοῦς ἀναμνήσεως τῶν ἁμαρτιῶν, τῆς φυλακῆς τῆς ἰδίας καρδίας, καὶ τῆς βεβαίας προαιρέσεως τοῦ ἐπιδοῦναι πρὸς ἀρετήν. πολλοὺς κακοὺς διαλογισμοὺς ὑποβάλλει, τοῦ ἀηδίαν καὶ φρίκην σοι ἐμποιεῖν. τοῦ τῆς προσευχῆς καὶ τῆς ἁγίας ἀναγνώσεώς σε ἀποτρέπειν. ἀπαρέσκει αὐτῷ ἡ ταπεινὴ ὁμολόγησις, καὶ, εἰ δύναιτο, τῆς κοινωνίας ἄν σε ἀναπαύνηται. μὴ πίστευε αὐτῷ, μηδὲ λόγον αὐτοῦ ἔχε, εἰ καὶ πλεονάκις τὴν παγίδα τῆς ἀπάτης σοι θήσεται. εἰς αὐτὸν τρέπε, ὅταν τὰ κακὰ καὶ ἀκάθαρτα ὑποβάλλῃ. λέγε αὐτῷ· ἄπαγε, ἀκάθαρτον πνεῦμα. αἰσχύνου σχέτλιον, σὺ σφόδρα ἀκάθαρτον εἶ, τοιαῦτα τοῖς ὠσί μου ἐπιψιθυρίζον. πορεύου

à me re[illegible] habebis in me partem vllam: sed [illegible]s mecum erit, tanquam bellator fortis, & tu stabis confusus. Malo mori, & omnem pœnam subire, quàm tibi consentire. Tace & obmutesce, non audiam te ampliùs, licet plures mihi moliaris molestias. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Dominus adiutor meus, & redemptor meus.

5 Certa tanquam miles bonus: & si interdum ex fragilitate corruis, resume vires fortiores prioribus, confidens de ampliori gratia mea: & multùm præcaue, à vana complacentia & superbia. Propter hoc multi in errorem ducuntur, & in cæcitatem penè incurabilem quandoque labuntur. Sit tibi in cautelam, & perpetuam humilitatem, ruina hæc superborum, de se stultè præsumentium.

Cap. VII.

De occultanda gratia, sub humilitatis custodia.

1. Fili, vtilius est tibi & securius, deuotionis gratiam abscondere, nec in altum te efferre, nec multum inde loqui, neque multum ponderare: sed magis temetipsum despicere, & tanquam indigno datã timere. Nõ est huic affectioni tenaciùs inhærendum, quæ citiùs potest mutari contra-

ἐπ' ἐμ[...]

ὁ Ἰησοῦ, [...] ἐμο[...]

στήσῃ καταισχυνθείς. πολλῷ μᾶλλον αἱροῦμαι τεθνάναι, καὶ πᾶσαν τιμωρίαν ἀναδέχεσθαι, ἢ συνευδοκεῖν σοι. σιώπα, καὶ πεφίμωσο, οὐκ ἔτι ἀκούσω σου, καίπερ πλεονάκις ἐνοχλοῦντός με. κύριος φωτισμός μου, καὶ σωτηρία μου, τίνα φοβηθήσομαι; ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. κύριος βοηθός μου, καὶ λυτρωτής μου.

ε. Ἀγωνίζου ὡς καλὸς στρατιώτης, καὶ εἴποτε τῇ ἀσθενείᾳ τῆς σαρκὸς καταπίπτεις, ἀνάλαβε τὴν δύναμιν μείζω τῆς προτέρας, τῇ εὐπορωτέρᾳ χάριτί μου πεποιθὼς, καὶ τὴν ματαίαν αὐθάδειαν καὶ τὴν ὑπερηφανίαν πολὺ φυλάττου. διὰ ταῦτα πολλοὶ πλανῶνται, καὶ εἰς τυφλότητα τὴν σχεδὸν ἀνίατόν ποτε περιπίπτουσιν. γινέσθω σοι εἰς προφυλακὴν καὶ αἰώνιον ταπεινότητα, αὕτη ἡ πτῶσις τῶν ὑπερηφάνων, τῶν περὶ ἑαυτῶν ματαίως προλαμβανόντων.

Κεφ. ζ'.

Περὶ τοῦ ἀποκρύπτειν τὴν χάριν, ὑπὸ τῇ τῆς ταπεινότητος φυλακῇ.

α. Τέκνον, χρησιμώτερον καὶ ἀσφαλέστερόν σοί ἐστι τὴν τῆς εὐσεβείας χάριν ἀποκρύπτειν, καὶ οὐ ὑψόσε ἐπαίρεσθαι, οὐδὲ πολὺ περὶ αὐτῆς λαλεῖν, οὐδὲ πολὺ σταθμᾶσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον σεαυτοῦ καταφρονεῖν καὶ φοβεῖσθαι, μὴ τῷ ἀναξίῳ δοθῇ. οὐ δεῖ ταύτῃ τῇ διαθέσει ἰσχυρογνωμονέστερον προσκολληθεῖναι, ἥτις τάχιον εἰς τοὐναντίον μετα-

in contrarium ... cogita in gratia, quàm miser & inops esse so[le]s sine gratia. Nec est in eo tantùm spiritualis vitæ profectus, cùm consolationis habueris gratiam: sed quum humiliter, & abnegatè, patienterque tuleris eius subtractionem: ita, quòd tunc ab orationis studio non torpeas, nec reliqua opera tua ex vsu facienda, omnino dilabi permittas: sed sicut meliùs potueris & intellexeris, libenter quod in te est, facias: nec propter ariditatem, seu anxietatem mentis, quam sentis, te totaliter negligas.

2. Multi enim sunt, qui cùm non bene eis successerit, statim impatientes fiunt, aut desides. Non enim semper est in potestate hominis via eius, sed Dei est dare, & consolari, quando vult, & quantum vult, & cui vult, sicut sibi placuerit, & non amplius. Quidam incauti, propter deuotionis gratiam, seipsos destruxerunt: quia plus agere voluerunt, quàm potuerunt, non pensantes suæ paruitatis mensuram, sed magis cordis affectum sequentes, quàm rationis iudicium. Et quia maiora præsumpserunt, quàm Deo placitum fuit, idcircò gratiam citò perdiderunt. Facti sunt inopes, & viles relicti, qui in cælum posuerunt nidum sibi: vt humiliati & depauperati, discant non in alis suis volare, sed sub pennis meis sperare. Qui adhuc noui sunt, & imperiti, in via Domini, nisi consilio discretorum se regant, faciliter decipi possunt & elidi.

3. Quod si suum sentire magis sequi, quàm alijs

βάλλε

τολαι

ἡ τῆς πνευματικῆς ζωῆς ἐπίδοσις οὐ μόνον ἐν τῷ ἔχειν τὴν τῆς παραμυθίας χάριν κεῖται, ἀλλ' ἐν τῷ ταπεινῶς, ἀπαρνητικῶς, καὶ ἀνεξικάκως φέρειν τὴν ὑφαίρεσιν αὐτῆς· οὕτως ὥς τότε τὴν τῆς προσευχῆς σπουδὴν μὴ ὀκνῇς, μηδὲ τἄλλα συνήθη ἔργα πάντως ἀνιῇς, ἀλλ' ὡς ἂν βέλτιον δυνηθῇς, καὶ νοήσῃς, ἀσμένως, κατὰ τὸ σὸν μέρος, ποιῇς, καὶ μηδὲ διὰ τὴν ἀηδίαν ἢ ἀδημονίαν, ἣν αἰσθάνῃ, παντελῶς σὺ ἀμελῇς.

ϛʹ. Πολλοὶ γάρ εἰσιν, οἵτινες, τῶν πραγμάτων ἀτυχῶς αὐτοῖς συμβαινόντων, εὐθέως ἀτλητοῦσιν ἢ ῥαθυμοῦσιν. οὐ γὰρ ἀεὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ὁδὸς ἐν ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ ἐστι διδόναι, καὶ παραμυθεῖσθαι, ὅτε θέλει, καὶ ὅσον θέλει, καὶ ᾧτινι θέλει, ὡς γίνεται εὐδοκία ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ οὐ πλεῖον. τινὲς ἀφύλακτοι διὰ τὴν χάριν τῆς εὐσεβείας ἑαυτοὺς ἐλυμήναντο, ὅτι πλείω τῆς αὐτῶν δυνάμεως πράττειν ἠθέλησαν, τὸ μὲν τῆς αὐτῶν μικρότητος μέτρον οὐ σκοποῦντες, τὸ δὲ τῆς καρδίας πάθος μᾶλλον, ἢ τὴν τοῦ λόγου κρίσιν διώκοντες. ἐπεὶ δὲ μείζω τῆς τοῦ θεοῦ εὐδοκίας ἐπεχείρησαν, διὰ ταῦτα τὴν χάριν ταχέως ἀπώλεσαν. ἐνδεεῖς ἐγένοντο καὶ ἄτιμοι κατελείφθησαν, οἵπερ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν νοσσιὰν αὐτῶν ἔθεσαν, ἵνα ταπεινωθέντες καὶ πτωχισθέντες μάθωσι μὴ τοῖς πτεροῖς αὐτῶν πέτασθαι, ἀλλ' ὑπὸ τὰς πτέρυγάς μου ἐλπίσαι. οἱ ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ κυρίου ἔτι νέοι καὶ ἄπειροι τυγχάνοντες, εἰ μὴ τῇ τῶν συνετῶν βουλῇ ἑαυτοὺς κυβερνῶσι, ῥᾳδίως ἐξαπατᾶσθαι καὶ καταβάλλεσθαι οἷοί τ' εἰσίν.

ζʹ. Ἐὰν δὲ τῇ γνώμῃ αὐτῶν μᾶλλον ἕπεσθαι, ἢ τοῖς

alijs exercitatis credere volunt, erit eis periculosus exitus, si tamen retrahi à proprio conceptu noluerint. Raro sibiipsis sapientes ab alijs regi humiliter patiuntur. Melius est, sapere modicum cum humilitate, & parua intelligentia, quàm magni scientiarum thesauri, cum vana complacentia. Meliùs est tibi minus habere, quàm multum, vnde posses superbire. Non satis discretè agit, qui se totum lætitiæ tradit, obliuiscens pristinæ inopiæ suæ, & casti timoris Domini, qui timet gratiam oblatam amittere. Nec etiam satis virtuosè sapit, qui tempore aduersitatis, & cuiusque grauitatis, nimis desperatè se gerit, & minùs fidenter de me quàm oportet, recogitat ac sentit.

4. Qui tempore pacis, nimis securus esse voluerit: sæpè tempore belli, nimis deiectus & formidolosus reperietur. Si scires semper humilis & modicus in te permanere, nec non spiritum tuum bene moderari & regere, non incideres tam citò in periculum, & offensam. Consilium bonum est, vt feruoris spiritu concepto, mediteris, quid futurum sit abscedente lumine. Quod dum contigerit, recogita, & denuò lucem posse reuerti, quam ad cautelam tibi, mihi autem ad gloriam, ad tempus subtraxi.

5. Vtilior est sæpè talis probatio, quàm si semper prospera, pro tua haberes voluntate. Nam merita non sunt ex hoc æstimanda, si quis plures visiones aut consolationes habeat; vel si peritus sit in scripturis, aut in altiori ponatur gradu: Sed si vera

ἄλλο.

ἐξόδου ἐπιτεύξονται, εἴπερ τῆς ἰδίας προαιρέσεως ἀποτρέπεσθαι οὐ θελήσουσιν. οἱ δοκησίσοφοι σπανίως ὑπ᾽ ἄλλων ἄρχεσθαι ταπεινῶς καρτεροῦσι. βέλτιόν ἐστιν ὀλίγον σὺν ταπεινότητι καὶ μικρᾷ συνέσει φρονεῖν, μεγάλων θησαυρῶν τῶν ἐπιστημῶν σὺν ματαίᾳ αὐθαδείᾳ. βέλτιόν σοί ἐστιν ἧττον, ἢ πολὺ ἔχειν, ἐφ᾽ ᾧ ἂν σεμνύνεσθαι δυνηθῇς. οὐχ ἅλις φρονίμως πράττει, ὁ τῇ εὐφροσύνῃ ὅλως προσκείμενος, καὶ ἀμνημονῶν τῆς πρόσθεν ἐνδείας αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἁγνοῦ φόβου τοῦ κυρίου, τοῦ φοβουμένου, μὴ τὴν χάριν δοθεῖσαν ἀπολέσῃ. μηδὲ ἱκανῶς ἐναρέτως φρονεῖ, ὁ τῷ τῆς δυστυχίας καιρῷ, καὶ ἥστινος οὖν βαρύτητος ἄγαν δυσελπίστως ἔχων, καὶ ἧττον πεποιθότως τοῦ δέοντος περὶ ἐμοῦ ἐννοῶν καὶ γινώσκων.

δ. Ὃς τῷ τῆς εἰρήνης καιρῷ ἄγαν ἀδεῶς ἔχειν ἐθέλει, πολλάκις τῷ τοῦ πολέμου καιρῷ ἄγαν ἄθυμος καὶ περίφοβος εὑρεθήσεται. εἰ ἐγίνωσκες ἀεὶ ταπεινὸς εἶναι, καὶ μικρὸν φρονεῖν, τὸ πνεῦμά σου καλῶς εὐθύνειν τε καὶ κυβερνᾷν, οὐχ οὕτω ταχέως ἂν εἰς κίνδυνον καὶ αἰτίαν ἐνέπιπτες. ἡ βουλὴ ἀγαθή ἐστι, τὸν τῆς ζέσεως τοῦ πνεύματος ἐπιτυχόντα μελετᾷν, τί, τοῦ ἀπερχομένου φωτὸς, γενήσεται. τούτου δὲ γινομένου, ἐνθυμοῦ, ὅτι καὶ αὖθις τὸ φῶς ἐπανελθεῖν δύναται, ὅπερ εἰς μὲν προφυλακήν σου, ἐμοὶ δ᾽ εἰς δόξαν ἐπὶ χρόνον ἀφειλόμην.

ε. Τοιαύτη δοκιμασία πολλάκις χρησιμωτέρα ἐστὶ τοῦ ἀεὶ κατὰ γνώμην σου εὐτυχεῖν. τὰς γὰρ ἀξίας οὐ δεῖ κρίνειν ἐκ τούτου, εἴ τις πλείους ὁράσεις ἢ παρακλήσεις ἔχει, ἢ τὰς γραφὰς ἐπαιδεύθη, ἢ εἰς τὸν ὑψηλότερον βαθμὸν ἀνεβιβάσθη. ἀλλ᾽ εἰ

vera fuerit humilitate fundatus, & diuina charitate repletus: si Dei honorem purè & integrè semper quærat: si seipsum nihil reputet, & in veritate despiciat, atque ab alijs etiam despici & humiliari magis gaudeat, quàm honorari.

Cap. VIII.

De vili æstimatione suiipsius, in oculis Dei.

1. Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis & cinis? Si me amplius reputauero, ecce tu stas contra me: & dicunt testimonium verum iniquitates meæ, nec possum contradicere. Si autem me vilificauero, & ad nihilum redegero, & ab omni propria reputatione defecero, atque (sicut sum) pulueriſauero, erit mihi propitia gratia tua, & vicina cordi meo lux tua: & omnis æstimatio, quantulacunque minima, in valle nihileitatis meæ submergetur, & peribit in æternum. Ibi ostendis me mihi, quid sum, quid fui, & quò deueni: quia nihil sum, & nesciui. Si mihi ipsi relinquor, ecce nihil, & tota infirmitas. Si autem subitò me respexeris, statim fortis efficior, & nouo repleor gaudio. Et mirum valdè, quòd sic repentè subleuor, & tam benignè à te complector, qui proprio pondere semper ad ima feror.

2. Facit hoc amor tuus, gratis præueniens me, & in tam multis subueniens necessitatibus, à grauibus quoque custodiens me periculis, & ab innumeris (vt verè dicam) eripiens malis. Me siquidem malè amando, me perdidi: & te solum quærendo, & purè amando, me & te pariter inueni, atq; ex amore profundius ad nihilū me redegi. Quia tu, ô dulcissime, facis mecū supra meritū omne,

ἐν
γάπης.
λικρινῶς ἀεὶ ζητεῖ, εἰ ἑαυτὸν περὶ οὐδεν[illegible]
ὄντως καταφρονεῖ, καὶ τῷ ὑπ' ἄλλων φαυλίζεσθαι, καὶ ταπεινοῦσθαι μᾶλλον ἢ τῷ τιμᾶσθαι χαίρει.

Κεφ. η'.

Περὶ τοῦ εὐτελίζειν ἑαυτὸν κατενώπιον τοῦ θεοῦ.

α'. ΛΑλήσω πρὸς τὸν κύριόν μου γῆ καὶ σποδὸς ὤν; ἐὰν ἐμὲ περὶ πλείονος ποιήσωμαι, ἰδοὺ σὺ ἀνθίστασαί μοι, καὶ αἱ ἀνομίαι μου ἀληθῶς μαρτυροῦσιν, οὐδ' ἀντιλέγειν δύναμαι. ἐὰν δ' ἐμὲ εὐτελίσω, καὶ ἐξουδενώσω, τῆς τε ἰδίας τιμήσεως παύσωμαι, καὶ (καθὼς εἰμι) ἐμαυτὸν σποδίσω, ἡ χάρις σου ἱλασθήσεταί μοι, καὶ τὸ φῶς σου τῇ καρδίᾳ μου ἐγγιεῖ, καὶ πᾶν τίμημα, καίπερ ἐλάχιστον ὄν, ἐν τῇ τῆς οὐδενείας μου κοιλάδι καταποντισθήσεται, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολεῖται. ἐκεῖ ἐμέ μοι δεικνύεις, τί εἰμι, τί γέγονα, καὶ ποῖ ἦλθον· ὅτι οὐδέν εἰμι, καὶ τοῦτο ἠγνόησα. εἰ ἐμαυτῷ καταλείπομαι, ἰδοὺ οὐδὲν, καὶ παντελὴς ἀσθένεια. ἐὰν δ' ἀφνιδίως εἰς ἐμὲ ἀποβλέψῃς, ταχέως κραταιοῦμαι, καὶ καινῆς χαρᾶς ἐμπλήθομαι. καὶ σφόδρα θαυμαστὸν, ὅτι οὕτω ταχέως ἐπαίρομαι, καὶ οὕτως εὐμενῶς ὑπὸ σοῦ περιβάλλομαι, ὁ τῷ ἰδίῳ βάρει πάντοτε εἰς τὰ κατώτατα φερόμενος.

β'. Τοῦτο ποιεῖ ἡ ἀγάπη σου, ἡ δωρεὰν προφθάνουσά με, καὶ ἐν τόσαις ἀπορίαις βοηθοῦσα, ἀπό τε δεινῶν κινδύνων φυλάττουσά με, καὶ μυρίων κακῶν (ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν) ἐξαιρουμένη. τῇ γὰρ κακῇ φιλαυτίᾳ μου ἀπώλεσά με, τῷ δέ σε μόνον ζητεῖν, καὶ καθαρῶς φιλεῖν, σέ τε κἀμὲ ἅμα εὗρον, καὶ ἐξ ἀγάπης βαθύτερόν με ἐξουδένωσα. σὺ γὰρ, ὦ ἥδιστε, προσφέρῃ μοι, ὑπὲρ πᾶσαν

omne, & sup... quam audeo sperare vel rogare.

3. Benedictus sis Deus meus, quia licet ego omnibus bonis sim indignus, tua tamen nobilitas & infinita bonitas, nunquam cessat benefacere eriam ingratis, & longè à te auersis. Conuerte nos ad te, vt simus grati, humiles, & deuoti: quia salus nostra tu es, virtus & fortitudo nostra.

CAP. IX.

Quòd omnia ad Deum, sicut ad finem ultimum, sunt referenda.

1. Fili, ego debeo esse finis tuus supremus & vltimatus, si verè desideras esse beatus. Ex hac intentione purificabitur affectus tuus, sæpiùs ad teipsum & ad creaturas, malè incuruatus. Nam si teipsum in aliquo quæris, statim in te deficis & arescis. Omnia ergo ad me principaliter referas, quia ego sum, qui omnia dedi. Sic singula considera, sicut ex summo bono manantia: & ideo ad me, tanquam ad suam originem, cuncta sunt reducenda.

2. Ex me pusillus & magnus, pauper & diues, tanquam ex fonte viuo, aquam viuam hauriunt: & qui mihi sponte, & liberè deseruiunt, gratiam pro gratia accipient. Qui autem extra me voluerit gloriari, vel in aliquo priuato bono delectari, non stabilietur in vero gaudio, neque in corde suo dilatabitur, sed multipliciter impedietur & angustiabitur. Nihil ergò tibi de bono adscribere debes, nec alicui homini virtutem attribuas: sed totum da Deo, sine quo

γ'. Εὐλογη[illegible]
ἀγαθῶν ἀναξίου ὄντος, ὅμως ἡ εὐγένεια καὶ ἄπειρος ἀγαθότης σου, οὔποτε λήγει καὶ τοὺς ἀχαρίστους, καὶ μακρὰν σου ἀποστραφθέντας εὖ ποιοῦσα. ἐπίστρεψον ἡμᾶς πρὸς σέ, ἵνα εὐχάριστοι, ταπεινοὶ καὶ θεοσεβεῖς γενώμεθα, ὅτι σὺ σωτηρία ἡμῶν, δύναμίς τε, καὶ κραταίωμα ἡμῶν τυγχάνεις.

Κεφ. θ'.

Ὅτι πάντα εἰς τὸν θεόν, ὡς εἰς ἔσχατον τέλος δεῖ ἀναφέρειν.

α'. Τέκνον, ἐμὲ δεῖ εἶναι τὸ ὑπέρτατον καὶ τελευταῖον πέρας σου, εἴγε ἀληθῶς μακάριος γενέσθαι ἐθέλεις. ἐκ ταύτης τῆς προαιρέσεως, ἡ διάθεσίς σου, ἡ πολλάκις πρὸς σὲ καὶ πρὸς τὰς κτίσεις κακῶς κατακαμφθεῖσα, καθαρισθήσεται. εἰ γὰρ σεαυτὸν ἔν τινι ζητεῖς, εὐθέως ἐν σοὶ ἐκλείπεις, καὶ ξηραίνῃ. πάντα τοίνυν κυρίως εἰς ἐμὲ ἀνάφερε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ δοὺς ἅπαντα. οὕτως ἕκαστα σκόπει, ὡς τοῦ ὑπερτάτου ἀγαθοῦ προερχόμενα, διόπερ δεῖ πάντα εἰς ἐμέ, ὡς τὴν ἀρχὴν αὐτῶν, ἀνάγειν.

β'. Ἐξ ἐμοῦ ὁ μικρὸς, καὶ ὁ μέγας, ὁ πένης καὶ ὁ πλούσιος, ὡς ἐκ πηγῆς ζώσης τὸ ζῶν ὕδωρ ἀντλῶσι, καὶ οἱ ἑκουσίως καὶ ἐλευθέρως μοι δουλεύοντες, χάριν ἀντὶ χάριτος λήψονται. ὁ δ' ἔξω μου καυχᾶσθαι, ἢ ἀγαθῷ τινι ἰδίῳ ἥδεσθαι ἐθέλων, οὐκ ἐν τῇ ἀληθινῇ χαρᾷ βεβαιωθήσεται, οὐδ' ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ πλατυνθήσεται, ἀλλὰ πολλαπλασίως ἐμποδισθήσεται, καὶ στενοχωρηθήσεται. μηδὲν οὖν τῶν ἀγαθῶν δεῖ σοι ἀνατιθέναι, μηδέ τινι τῶν ἀνθρώπων τῆς ἀρετῆς ἀπονέμειν· ἀλλ' ὅλον τῷ θεῷ ἀποδιδόναι, ἄνευ

quo nihil hab... homo. Ego totum dedi, ego totum habere volo: & cum magna districtione, gratiarum actiones requiro.

3. Hæc est veritas, qua fugatur gloriæ vanitas. Et si intrauerit cælestis gratia, & vera charitas, non erit aliqua inuidia, nec contractio cordis, neque priuatus amor occupabit. Vincit enim omnia diuina charitas, & dilatat omnes animæ vires. Si rectè sapis, in me solo gaudebis, in me solo sperabis: quia nemo bonus, nisi solus Deus, qui est super omnia laudandus, & in omnibus benedicendus.

CAP. X.

Quod spreto mundo dulce est seruire Deo.

1. NVnc iterum loquar Domine, & non silebo; dicam in auribus Dei mei, Domini mei, & regis mei, qui est in excelso. O quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te? Sed quid es amantibus? quid toto corde tibi seruientibus? Verè ineffabilis dulcedo contemplationis tuæ, quam largiris amantibus te. In hoc maximè ostendisti mihi dulcedinem charitatis tuæ, quia cùm non essem, fecisti me: & cum errarem longè à te, reduxisti me, vt seruirem tibi, & præcepisti, vt diligam te.

2. O fons amoris perpetui, quid dicam de te? Quomodo potero tui obliuisci, qui mei dignatus es recordari, etiam postquam contabui & perij? Fecisti vltra omnem spem, misericordiam cum seruo tuo: & vltra omne meritum, gratiam & amicitiam exhibuisti. Quid retribuam tibi pro gratia ista? Non enim omnibus datum est, vt omnibus abdicatis, seculo renuncient, & monasti-

ἐλέγχω, καὶ ὁ οὐ χάρις ἀλλ' ἀκριβοδίκαιος ἀπαιτῶ.

γ΄. Αὕτη ἡ ἀλήθειά ἐστιν, ἥπερ ἡ κενοδοξία φυγαδεύεται· καὶ εἰσελθούσης τῆς οὐρανίου δόξης, καὶ τῆς ἀγάπης ἀληθινῆς, οὐ φθόνος τις ἔσται, οὐδὲ μικροψυχία, ἢ φιλαυτία σε καθέξει. ἡ γὰρ τοῦ θεοῦ ἀγάπη πάντων περιγίνεται, καὶ πάσας δυνάμεις τῆς ψυχῆς πλατύνει. εἰ καλῶς φρονεῖς, ἐπ' ἐμοὶ μόνῳ χαρήσῃ, καὶ ἐπ' ἐμὲ μόνον ἐλπιεῖς· ὅτι οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ μόνος ὁ θεός, ὁ ὑπὲρ πάντα ἐπαινετός, καὶ ἐν πᾶσιν εὐλογητός ἐστι.

Κεφ. ι.

Ὅτι τῷ τοῦ κόσμου καταφρονήσαντι, ἡδύ ἐστι δουλεύειν τῷ θεῷ.

α. ΝΥν πάλιν λαλήσω κύριε, καὶ οὐ σιωπήσω. λέξω ἐν τοῖς ὠσὶ τοῦ θεοῦ μου, τοῦ κυρίου μου, καὶ τοῦ βασιλέως μου, τοῦ ἐν τῷ ὑψίστῳ. ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου κύριε, ἧς ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε; τί δ' εἶ τοῖς ἀγαπῶσί σε; τί τοῖς ὅλῃ τῇ καρδίᾳ δουλεύουσί σοι; ἀληθῶς ἀπόρρητος ἡ χρηστότης θεωρίας σου, ἣν τοῖς ἀγαπῶσί σε χαρίζῃ. ἐν τούτῳ μάλιστα ἐπέδειξάς μοι τὴν τῆς ἀγάπης σου χρηστότητα, ὅτι με μὴ ὄντα ἐποίησας, καὶ μακρὰν ἀποπλανώμενόν σου, ἐπανήγαγες, τοῦ δουλεύειν σοι, καὶ ἐπέταξας ἀγαπᾷν σε.

β΄. Ὦ πηγὴ τῆς αἰωνίου ἀγάπης, τί λέξω περὶ σοῦ; πῶς δυνήσομαι ἀμνημονεῖν σου, ὃς ἠξίωσας μνησθῆναί μου τοῦ ἤδη διατακέντος καὶ ἀπολωλότος; ὑπὲρ πᾶσαν ἐλπίδα ἐποίησας ἔλεος μετὰ τοῦ δούλου σου, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀξίαν, τὴν χάριν καὶ φιλίαν παρεῖχες. τί ἀνταποδώσω σοι, ἀντὶ ταύτης τῆς χάριτος; οὐ γὰρ πᾶσιν ἐδόθη, πάντα ἀφέντας, τῷ κόσμῳ ἀποτάξασθαι, καὶ βίον

monaſticam vitam aſſumant. Nunquid magnum eſt, vt tibi ſeruiam, cui omnis creatura ſeruire tenetur? Non magnum mihi videri debet ſeruire tibi: ſed hoc potiùs magnum mihi, & mirandum apparet, quòd tam pauperem & indignum, dignaris in ſeruum recipere, & dilectis ſeruis tuis adunare.

3. Ecce omnia tua ſunt, quæ habeo, & vnde tibi ſeruio. Veruntamen vice verſa, tu magis mihi ſeruis, quàm ego tibi. Ecce, cælum & terra, quæ in miniſterium hominis creaſti, præſtò ſunt, & faciunt quotidie quæcunque mandaſti: Et hoc parum eſt, quin etiam angelos, in miniſterium hominis ordinaſti. Tranſcendit autem hæc omnia, quòd tuipſe homini ſeruire dignatus es, & teipſum daturum ei promiſiſti.

4. Quid dabo tibi, pro omnibus iſtis millibus bonis: Vtinam poſſem tibi ſeruire, cunctis diebus vitæ meæ. Vtinam vel vno die, dignum ſeruitium exhibere ſufficerem? Verè tu es dignus omni ſeruitio, omni honore, & laude æterna. Verè Dominus meus es, & ego pauper ſeruus tuus, qui totis viribus teneor tibi ſeruire, nec vnquam in laudibus tuis debeo faſtidire. Sic volo, ſic deſidero: & quicquid mihi deeſt, tu digneris ſupplere.

5. Magnus honor, magna gloria tibi ſeruire, & omnia propter te contemnere. Habebunt enim gratiam magnam, qui ſponte ſe ſubiecerint tuæ ſanctiſſimæ ſeruituti. Inuenient ſuauiſſimam ſpiritus ſancti conſolationem, qui pro amore tuo, omnẽ carnalem abiecerint delectationem. Conſequẽtur magnam mentis libertatẽ, qui

μο

σοι, ᾧτινι πᾶσα κτίσις δουλεύειν ὀφείλει; οὐ μέγα μοι ἂν φαίνοιτο δουλεύειν σοι· μᾶλλον δὲ τοῦτο μέγα καὶ θαυμαστὸν δοκεῖ μοι, ὅτι οὕτω πένητα καὶ ἀνάξιον εἰς δοῦλον ἀποδέξασθαι, καὶ τοῖς ἀγαπητοῖς δούλοις σου προσαριθμῆσαι ἀξιοῖς.

γ'. Ἰδοὺ, πάντα τὰ σά ἐστιν, ἅπερ ἔχω, καὶ ἐξ ὧν σοι δουλεύω, καίτοι ἐξ ἐναντίας, σὺ μᾶλλον δουλεύεις μοι, ἢ ἐγώ σοι. ἰδοὺ, ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, ἃ εἰς τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ ἀνθρώπου ἔκτισας, πάρεισι, καὶ καθεκάστην, ἃ ἐνετείλω, ποιοῦσι· καὶ τοῦτο μὲν μικρὸν, ἔτι καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου διακονίαν διέταξας. τοῦτο δὲ πάντων ὑπερβαίνει, ὅτι σὺ αὐτὸς τῷ ἀνθρώπῳ δουλεύειν ἠξίωσας, καὶ σεαυτὸν ἐκείνῳ δώσειν ὑπέσχου.

δ'. Τί δώσω σοι ἀντὶ τούτων πάντων χιλίων ἀγαθῶν; εἴθε πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς ζωῆς μου ἐδυνάμην σοι δουλεύειν. εἴθε μιᾷ γε ἡμέρᾳ ἀξίαν δουλείαν παρέχειν σοι οἷός τε ἐγινόμην· ἀληθῶς σὺ ὑπάρχεις ἄξιος πάσης δουλείας, πάσης τιμῆς, καὶ ἐπαίνου αἰωνίου. ἀληθῶς σὺ ὁ κύριός μου εἶ, κἀγὼ πένης σου δοῦλος, ὁ ὀφείλων ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος δουλεύειν σοι, καὶ μηδέποτε ἐν τῷ ἐπαινεῖν σε ἀηδίας ἔχειν. οὕτως ἐθέλω, οὕτως ἐπιθυμῶ, καὶ πᾶν, ὅ,τι μοι ἐπιλείπει, σὺ ἀναπληροῦν ἀξίωσον.

ε'. Μεγάλη τιμὴ, μεγάλη δόξα δουλεύειν σοι, καὶ πάντων διά σε καταφρονεῖν· ἕξουσι γὰρ μεγάλην χάριν, οἱ τῇ ἁγιωτάτῃ δουλείᾳ σου ἑαυτοὺς ἑκουσίως ὑποτάξουσιν: εὑρήσουσιν ἡδίστην παράκλησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, οἱ ὑπὲρ ἀγάπης σου, πᾶσαν τέρψιν σαρκικὴν ἀποβαλοῦσι. ἐπιτεύξονται μεγάλης ἐλευθερίας τοῦ νοὸς,

οἱ στενὴν

qui arctam pro nomine tuo ingrediuntur viam, & omnem mundanam neglexerint curam.

6. O grata & iucunda Dei ſeruitus, qua homo veraciter efficitur liber & ſanctus? O ſacer ſtatus religioſi famulatus, qui hominem angelis reddit æqualem, Deo placabilem, Dæmonibus terribilem, & cunctis fidelibus commendabilem. O amplectendum, & ſemper optandum ſeruitium, quo ſummum promeretur bonum, & gaudium acquiritur, ſine fine manſurum.

CAP. XI.

Quod deſideria cordis examinanda ſunt, & moderanda.

1. Fili, oportet te adhuc multa addiſcere, quæ necdum bene didiciſti. Quæ ſunt hæc Domine? Vt deſiderium tuum, ponas totaliter ſecundùm beneplacitum meum: & tuiipſius amator non ſis, ſed meæ voluntatis cupidus æmulator. Deſideria te ſæpe accendunt, & vehementer impellunt: ſed conſidera, an propter honorem meum, an propter tuum commodum magis mouearis. Si ego ſum in cauſa, bene contentus eris, quomodocunque ordinauero: ſi autem de proprio quæſitu aliquid latet, ecce hoc eſt, quod te impedit & grauat.

2. Caue ergo, ne nimium innitaris ſuper deſiderio præconcepto, me non conſultō: ne fortè poſtea pœniteat, aut diſpliceat, quod primò placuit, & quaſi pro meliore zelaſti. Non enim omnis affectio, quæ videtur bona, ſtatim eſt ſequenda: ſed neq; omnis contraria affectio ad primum fugienda. Expedit interdum refrenatione vti, etiam in bonis ſtudijs & deſiderijs: ne per impor-

αἳ στενὴν ὁδὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόμα[illegible]ζοντες πάσης τῆς κοσμικῆς φροντίδος ἀμελήσουσιν.

ϛʹ. Ὦ τῆς χαριέσσης καὶ ἡδείας δουλείας τοῦ Θεοῦ, ᾗ ὁ ἄνθρωπος ἀληθῶς ἐλεύθερος καὶ ἅγιος ἀποβαίνει. ὦ τῆς ἁγίας καταστάσεως τῆς ἀσκητικῆς ὑπηρεσίας, ἣ τὸν ἄνθρωπον τοῖς ἀγγέλοις ὅμοιον, τῷ Θεῷ χαρίεντα, τοῖς δαιμονίοις φοβερὸν, καὶ πᾶσι πιστοῖς ἀγαπητὸν κατεργάζεται. ὦ τῆς εὐπροσδέκτου καὶ ἀεὶ εὐκτῆς δουλείας, ᾗ τοῦ μεγίστου ἀγαθοῦ ἄξιοι γινόμεθα, καὶ τῆς χαρᾶς ἀπεράτου τυγχάνομεν.

Κεφ. ια΄.

Ὅτι τὰς τῆς καρδίας ἐπιθυμίας χρὴ ἐξετάζειν καὶ χαλιναγωγεῖν.

αʹ. ΤΕκνον, ἔτι πολλὰ δεῖ σε μανθάνειν, ἃ μήπω εὖ ἔμαθες. τίνα ταῦτά ἐστι, κύριε; ἵνα τὴν ἐπιθυμίαν σου πρὸς τὴν εὐδοκίαν μου παντελῶς κατευθύνῃς, καὶ μὴ φίλαυτος, ἀλλὰ τοῦ θελήματός μου ἐπιθυμητικὸς ζηλωτὴς γίνῃ. αἱ ἐπιθυμίαι πολλάκις σε διακαίουσι, καὶ σφόδρα παροξύνουσιν, ἀλλὰ σκόπει, εἰ διὰ τὴν τιμήν μου, ἢ διὰ τὴν ὠφέλειάν σου μᾶλλον ἂν ἐπαχθῇς. ἐὰν δι᾽ ἐμὲ τοῦτο γίνηται, αὐταρκῶς ἕξεις, ὁπωσοῦν ἂν διατιθῶ· ἐὰν δέ τι τοῦ ἰδίου κέρδους ἀποκρύπτηται, ἰδοὺ τοῦτό ἐστι τὸ ἐμποδίζον σε καὶ βαρῦνον.

βʹ. Φυλάττου τοίνυν, ἄγαν ἐπερείδεσθαι τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ προσεγγενομένῃ σοι, ἐμοῦ οὐ συμβουλευθέντος· μήπως ὕστερον μετανοήσῃς, ἢ ἀπαρέσῃ, ὃ πρῶτον ἤρεσε, καὶ ὅ,τι ὡς βέλτιον ὂν ἐζήλωσας. οὐ γὰρ δεῖ πᾶν πάθος τὸ καλὸν εἶναι δοκοῦν, εὐθέως διώκειν, οὐδὲ πᾶν ἐναντίον, κατ᾽ ἀρχὰς φεύγειν. λυσιτελεῖ ἐνίοτε καὶ τὰ καλὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὰς ἐπιθυμίας χαλιναγωγεῖν, ἵνα μὴ

δι᾽ ἀκαι-

importunitatem, mentis distractionem incurras; ne alijs per indisciplinationem, scandalum generes: vel etiam per resistentiam aliorum, subitò turberis & corruas.

3 Interdum verò oportet violentia vti, & viriliter appetitui sensitiuo contraire, nec aduertere quid velit caro, & quid non velit: sed hoc magis satagere, vt subiecta sit etiam nolens spiritui. Et tamdiu castigari debet, & cogi seruituti subesse, donec parata sit ad omnia, paucisque contentari discat, & simplicibus delectari, nec contra aliquod inconueniens mussitare.

Cap. XII.

De informatione patientiæ, & luctamine aduersus concupiscentias.

1. DOmine Deus, vt video, patientia est mihi valde necessaria: multa enim in hac vita, accidunt contraria. Nam qualitercunque ordinauero de pace mea, non potest esse sine bello & dolore vita mea. Ita est fili. Sed volo te, non talem quærere pacem, quæ tentationibus careat, aut contraria non sentiat; sed tunc etiam æstima te pacem inuenisse, cùm fueris varijs tribulationibus exercitatus, & in multis contrarietatibus probatus.

2. Si dixeris, te non posse multa pati, quomodo tunc sustinebis ignem purgatorij? De duobus malis, minus est semper eligendum. Vt ergo æterna futura supplicia possis euadere, mala præsentia studeas pro Deo æquanimiter tolerare. An putas, quòd homines seculi huius, nihil vel

parum

[illegible]
διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν σου ἄλλους σκανδαλίζῃς, ἢ [illegible] τὴν τῶν ἄλλων δοτίσασιν, ταχέως παράστῃ καὶ καταπίπτῃς.

γ'. Ἐνίοτε δ' ἐπάναγκες βίᾳ χρῆσθαι, καὶ τῇ αἰσθητικῇ ἐπιθυμίᾳ ἀνδρείως ἀντιστατεῖν, καὶ οὐ προσέχειν, τί ἂν ἡ σὰρξ βούληται, ἢ οὐ βούληται, ἀλλὰ μᾶλλον σπουδάζειν, ὅπως καὶ ἄκουσα τῷ πνεύματι ὑποταχθῇ. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον δεῖ αὐτὴν ὑπωπιάζεσθαι καὶ ἀναγκάζεσθαι δουλεύειν, ἐφ' ὅσον ἑτοίμως ἔχει πρὸς πάντα, καὶ μανθάνει ὀλίγοις ἀγαπᾷν, καὶ τοῖς ἁπλοῖς ἥδεσθαι, οὐ δὲ κατ' ἐναντιώματός τινος γογγύζειν.

Κεφ. ιβ'.

Περὶ τοῦ παιδεύματος τῆς ὑπομονῆς, καὶ τῆς πάλης τῆς πρὸς τὰς ἐπιθυμίας.

α'. Κύριε ὁ θεός, ὡς καθορῶ, ὑπομονῆς μεγάλην χρείαν ἔχω· πολλὰ γὰρ ἐναντία ἐν τούτῳ τῷ βίῳ συμβαίνει. ὅπως οὖν γὰρ ἂν τὰ τῆς εἰρήνης μου διατάξω, ὁ βίος μου ἀπόλεμος καὶ ἄλυπος εἶναι οὐ δύναται. τέκνον. πλὴν οὐ θέλω σε τοιαύτην εἰρήνην ζητεῖν, ἢ τῶν πειρασμῶν ἄπεστι, καὶ τῶν ἐναντίων οὐκ αἰσθάνεται. ἀλλά, καὶ τότε τὴν εἰρήνην εὑρεῖν δοκεῖν, ὅταν ποικίλαις θλίψεσιν ἀσκηθῇς, καὶ πολλοῖς ἐναντιώμασι δοκιμασθῇς.

β'. Ἐὰν εἴπῃς, ὅτι οὐχ οἷός τ' εἶ πολλὰ παθεῖν, πῶς τότε τὸ καθαρτικὸν πῦρ ὑπομενεῖς; ἐκ δυοῖν κακοῖν, τὸ ἧττον ἀεὶ αἱρετέον. ὅπως οὖν τὰς μελλούσας αἰωνίους τιμωρίας ἐκφυγεῖν δυνηθῇς, τὰ παρόντα κακὰ ὑπὲρ τοῦ θεοῦ ἀνεπαχθῶς φέρειν σπούδαζε. μὴ [illegible] ἀνθρώπους τούτου κόσμου οὐδέν, ἢ ὀλίγον

ὑπομέ-

[illegible] pati[illegible] N[illegible] hoc inuenies, etiamsi de-[illegible]. Sed habent, inquis, mul-[illegible] delectationes, [illegible] proprias sequuntur voluntates: ideoq́ [illegible]e parum ponderant suas tribulationes. Esto, ita sit, vt habeant quicquid voluerint: sed quamdiu putas durabit?

3. Ecce, quemadmodum fumus deficient abundantes in sæculo, & nulla erit recordatio præteritorum gaudiorum. Sed & cùm adhuc viuunt, non sine amaritudine & tædio ac timore, in eis quiescunt. Ex eadem namque re, vnde sibi delectationem concipiunt, inde doloris pœnam frequenter recipiunt. Iustè illis fit: vt, quia inordinatè delectationes quærunt & sequuntur, non sine *confusione & amaritudine eas expleant.]

4. O quàm breues, quàm falsæ, quàm inordinatæ & turpes omnes sunt? Veruntamen, præ ebrietate & cæcitate non intelligunt: sed velut muta animalia, propter modicum corruptibilis vitæ delectamentum, mortem animæ incurrunt. Tu ergo fili, post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

5. Etenim si veraciter vis delectari, & abundantiùs à me consolari: ecce in contemptu omnium mundanorum, & in abscissione omnium infimarum delectationum, erit benedictio tua, & copiosa tibi reddetur consolatio. Et quantò te plus ab omni creaturarum solatio subtraxeris, tantò in me suauiores & potentiores consolationes inuenies. Sed primo, non sine quadam tristitia & labore certaminis, ad has pertinges. Obsistet inolita consuetudo, sed meliori

φερωτάτους ζητήσας. ἀλλ' ἔχουσι, φησὶ, πολλὰς τέρψεις καὶ τὰς ἰδίας προαιρέσεις διώκουσι, διὸ τὰς θλίψεις αὐτῶν ὀλίγον σταθμῶνται. ἀλλ' ἔχοιεν, ὅ, τι ἂν βούλωνται· ἐφ' ὅσον ἄρα τοῦτο διαμενεῖ;

γ'. Ἰδοὺ οἱ εὐθηνοῦντες εἰς τὸν αἰῶνα, ὡς καπνὸς ἐκλείψουσι. καὶ οὐδεμία ἀνάμνησις τῶν παρεληλυθειῶν χαρῶν ἔσται. πρὸς δὲ τούτοις ἔτι ζῶντες, ἀπίκρως, ἀλύπως, καὶ ἀφόβως ἐν αὐτοῖς οὐχ ἡσυχάζουσιν· ἐκ τοῦ γὰρ αὐτοῦ, ὅθεν ἡδονὴν αὐτοὶ λαμβάνουσιν, ἐκεῖθεν τὴν τῆς λύπης τιμωρίαν πολλάκις ὑπέχουσι. τοῦτο δ' εἰκότως αὐτοῖς συμβαίνει· ἵνα ὅτι τὰς τέρψεις ἀτάκτως ζητοῦσι καὶ θηρεύουσιν, ἄνευ αἰσχύνης καὶ πικρότητος αὐτὰς οὐκ ἀναπληρώσωσι.

δ'. Ὡς βραχεῖαι, ὡς ψευδεῖς, ὡς ἄτακτοι καὶ αἰσχραὶ πᾶσαί εἰσιν; καίτοι ὑπὸ μέθης καὶ τυφλότητος οὐ γινώσκουσιν, ἀλλ' ὡς κωφὰ ζῶα, διὰ μικρὰν τερπωλὴν τῆς φθαρτῆς ζωῆς, εἰς τὸν τῆς ψυχῆς θάνατον ἐμπίπτουσι. σὺ οὖν, ὦ τέκνον, ὀπίσω τῶν ἐπιθυμιῶν σου μὴ πορεύου, καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου κωλύου. κατατρύφησον τοῦ κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου.

ε. Εἰ γὰρ ἀληθῶς ἥδεσθαι καὶ πορώτερον ὑπ' ἐμοῦ παρακαλεῖσθαι ἐθέλεις, ἰδοὺ ἐν τῇ καταφρονήσει πάντων τῶν κοσμικῶν, καὶ ἐν τῇ ἀποτομῇ πάντων τῶν κάτω τέρψεων ἡ εὐλογία σου ἔσται, καὶ ἄφθονος παραμυθία σοι ἀποδοθήσεται. καὶ ὅσῳ μᾶλλον ἂν πάσης παρακλήσεως τῶν κτίσεων σε ὑπεξαγάγῃς, τοσούτῳ ἰδίους καὶ δυνατωτέρους παραμυθίας ἐν ἐμοὶ εὑρήσεις. ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἐπὶ ταύτας ἄνευ λύπης τινὸς καὶ πόνου ἀγωνιστικοῦ οὐκ ἀφίξῃ. ἀντιστατήσει τὸ μὲν ἐγχρονίζον ἔθος, ἀλλὰ τοῦτο τῷ

βελτίο-

consuetudine deuincetur. Remurmurabit caro: sed feruore spiritus frenabitur. Instigabit & exacerbabit te serpens antiquus: sed oratione fugabitur: insuper & labore vtili, aditus ei magnus obstruetur.

Cap. XIII.

De obedientia humilis subditi, ad exemplum IESV Christi.

1. FIli, qui se subtrahere nititur ab obedientia, ipse se subtrahit à gratia. Et qui quærit habere priuata, amittit communia. Qui non libenter & sponte, suo superiori se subdit, signum est, quòd caro sua necdum perfectè sibi obedit, sed sæpè recalcitrat & remurmurat. Disce ergo celeriter superiori tuo te submittere, si carnem propriam optas subiugare. Citiùs namque exterior vincitur inimicus, si interior homo non fuerit deuastatus. Non est molestior & peior animæ hostis, quàm tu ipse tibi, non bene concordans spiritui. Oportet omninò, verum te assumere tuiipsius contemptum, si vis præualere aduersùs carnem & sanguinem.

2. Quia adhuc nimis inordinatè te diligis, ideo plenè te resignare aliorum voluntati trepidas. Sed quid magnum, si tu, qui puluis es & nihil, propter Deum te homini subdis: quando ego omnipotens & altissimus, qui cuncta creaui ex nihilo, me homini propter te humiliter subieci? Factus sum omnium humillimus & infimus, vt tuam superbiam mea humili-

βέλτιον [illegible]
λα τῇ τοῦ πνεύματος ζέσει χαλιναγωγηθήσεται. παροξυνεῖ καὶ πικρώσει σε ὁ ἀρχαῖος ὄφις, ἀλλὰ τῇ προσευχῇ φυγαδευθήσεται, ἔτι δὲ καὶ διὰ χρησίμου πόνου ἡ πρόσοδος ἐκ μέρους πολλοῦ αὐτῷ διακλείεται.

Κεφ. ιγ΄.

Περὶ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ταπεινοῦ ἀρχομένου πρὸς τὸ τοῦ Χριστοῦ παράδειγμα.

α. Τέκνον, ὁ τῆς ὑπακοῆς ἑαυτὸν ὑπεξάγειν ἐπιχειρῶν, ἑαυτὸν τῆς χάριτος ὑπεξάγει· καὶ ὁ τὰ ἴδια ἔχειν ἐπιθυμῶν, τῶν κοινῶν ἀποστερεῖται. ὁ οὐκ ἀσμένως καὶ ἑκουσίως τῷ προστάτῃ αὐτοῦ ὑπακούων, δηλοῖ, ὅτι οὔπω ἡ σὰρξ αὐτοῦ τελείως ὑπακούει αὐτῷ, ἀλλὰ πολλάκις ἀναλακτίζει καὶ καταγογγύζει. μάνθανε οὖν τῷ προστάτῃ σου ὑποταχέως τάσσεσθαι, εἰ τὴν σάρκα σου ὑπὸ σοῦ ποιεῖσθαι ἐπιθυμεῖς. τάχιον γὰρ ὁ ἔξω ἐχθρὸς νικᾶται, τοῦ ἐνδοτέρου ἀνθρώπου οὐ διεφθαρμένου. οὐκ ἔστι δυσχερέστερος καὶ κακίων τῆς ψυχῆς ἐχθρὸς, ἢ σὺ σεαυτοῦ, μὴ καλῶς τῷ πνεύματι ὁμογνωμονεύων. δεῖ παντελῶς ἀληθινὴν σε καταφρόνησιν σεαυτοῦ προσλαβεῖν, εἰ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος περιγίνεσθαι ἐθέλεις.

β΄. Ὅτι σεαυτὸν ἔτι λίαν ἀτάκτως ἀγαπᾷς, διὰ τοῦτο τῇ θελήσει ἄλλων παντελῶς σεαυτὸν ὑποτάσσειν κατοκνεῖς. τί δὲ μέγα, εἰ σὺ, σποδὸς ὢν καὶ μηδὲν, διὰ τὸν Θεὸν τῷ ἀνθρώπῳ σε ὑποτάσσεις, ἐπειδὴ ἐγὼ παντοδύναμος καὶ ὕψιστος, ὁ πάντα ἐκ μηδενὸς κτίσας, ἐμαυτὸν τῷ ἀνθρώπῳ διά σε ταπεινῶς ὑπέταξα; πάντων ταπεινότατος καὶ κατώτατος γέγονα, ἵνα τὴν ὑπερηφανίαν σου τῇ

ταπεινό-

humilitate vinceres. Disce obtemperare pulluis. Disce te humiliare terra & limus, & sub omnium pedibus incuruare. Disce voluntates tuas frangere, & ad omnem subiectionem te dare.

3. Exardesce contra te, nec patiaris tumorem in te viuere: sed ita subiectum & paruulum te exhibe, vt omnes super te ambulare possint, & sicut lutum platearum conculcare. Quid habes homo inanis conqueri? Quid sordide peccator potes contradicere exprobrantibus tibi, qui toties Deum offendisti, & infernum multoties meruisti? Sed pepercit tibi oculus meus, quia pretiosa fuit anima tua in conspectu meo: vt cognosceres dilectionem meam, & gratus semper beneficijs meis existeres: & vt ad veram subiectionem & humilitatem, te iugiter dares, patienterque proprium contemptum ferres.

Cap. XIIII.

De occultis Dei iudiciis considerandis, ne extollamur in bonis.

1 INtonas super me iudicia tua Domine, & timore ac tremore concutis omnia ossa mea, & expauescit anima mea valdè. Sto attonitus, & considero; quia cæli non sunt mundi, in conspectu tuo. Si in angelis reperisti prauitatem, nec tamen pepercisti, quid fiet de me? Ceciderunt stellæ de cælo, & ego puluis quid præsumo? Quorum opera videbantur laudabilia, ceciderunt ad infima: & qui comedebant panem angelorum, vidi siliquis delectari porcorum.

2. Nulla

ταπεινότητί μου νικήσῃς. μάνθανε σποδὸς ὢν ὑπακούειν. μάνθανε ταπεινῶσαί σε γῆ καὶ χοῦς, καὶ ὑποκάτω τῶν ποδῶν ἁπάντων ἐπικάμπτειν. μάνθανε τὰς προαιρέσεις σου δουλοῦν, καὶ πρὸς πάντα ἐπιταττόμενα προθύμως ἔχειν.

γ'. Ἐκκαίου κατὰ σοῦ, καὶ οὐκ ἔα τὸν ὄγκον ἐν σοὶ ζῆν, ἀλλ' οὕτως ὑπήκοον καὶ μικρόν σε πάρεχε, ἵνα πάντες ἐπί σε ἐπιβαίνειν, καὶ ὡς πηλὸν πλατειῶν καταπατεῖν δυνηθῶσι. τί ἔχεις ἄνθρωπε μάταιε μεμψιμοιρεῖν; τί ῥυπαρὲ ἁμαρτωλὲ ἀντιλέγειν τοῖς ὀνειδίζουσί σοι δύνῃ, ὁ τοσάκις τῷ θεῷ προσκρούσας, καὶ πολλάκις τῷ ᾅδῃ ἔνοχος γεγονώς; ἀλλ' ἐφείσατό σου ὁ ὀφθαλμός μου, ὅτι ἡ ψυχή σου ἔντιμος ἐγένετο ἐνώπιόν μου, τοῦ γνῶναί σε τὴν ἀγάπην μου, καὶ ὑπὲρ τῶν εὐεργετημάτων μου ἀεὶ εὐχάριστον γίνεσθαι, τῇ τε ἀληθινῇ ὑποταγῇ καὶ ταπεινότητι ἀδιαλείπτως προσκεῖσθαι, καὶ τὴν ἰδίαν καταφρόνησιν ὑπομονητικῶς καρτερεῖν.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τοῦ τὰ κρυπτὰ κρίματα τοῦ θεοῦ σκοπεῖν, τοῦ μὴ ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἐπαρθῆναι.

α'. Ἐπιβροντᾷς μοι τὰ κρίματά σου, κύριε, καὶ φόβῳ καὶ τρόμῳ διασείεις πάντα τὰ ὀστᾶ μου, καὶ ἡ ψυχή μου σφόδρα ἐκθαμβεῖ. ἕστηκα ἀπόπληκτος, καὶ σκοπῶ, ὅτι οἱ οὐρανοὶ οὐ καθαροί εἰσιν ἐναντίον σου. εἰ ἐν τοῖς ἀγγέλοις πονηρίαν εὗρες, καὶ οὐκ ἐφείσω, τί συμβήσεταί μοι; ἔπεσον οἱ ἀστέρες ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, κἀγὼ σποδὸς τί προσλαμβάνω; ὧν τὰ ἔργα ἐπαινετὰ ἐδόκει, οὗτοι εἰς τὰ κατώτατα ἔπεσον· καὶ τοὺς τὸν ἄρτον τῶν ἀγγέλων φαγόντας, τοῖς κερατίοις τῶν χοίρων ἡδομένους ἑώρακα.

2. Nulla eſt ergo ſanctitas, ſi manum tuam Domine ſubtrahas. Nulla prodeſt ſapientia, ſi gubernare deſiſtas. Nulla iuuat fortitudo, ſi conſeruare deſinas. Nulla ſecura caſtitas, ſi eam non protegas. Nulla propria prodeſt cuſtodia, ſi non adſit tua ſacra vigilantia. Nam relicti, mergimur & perimus: viſitati verò, erigimur & viuimus. Inſtabiles quippe ſumus, ſed per te confirmamur: tepeſcimus, ſed à te accendimur.

3. O quam humiliter, & abiectè mihi de meipſo ſentiendum eſt: quàm nihili pendendum, ſi quid boni videar habere. O quàm profundè ſubmittere me debeo, ſub abyſſalibus iudicijs tuis Domine: vbi nihil aliud me eſſe inuenio, quàm nihil & nihil. O pondus immenſum: ô pelagus intranſnatabile: vbi nihil de me reperio, quàm in toto nihil. Vbi eſt ergo latebra gloriæ? vbi confidentia de virtute concepta? Abſorpta eſt omnis gloriatio vana, in profunditate iudiciorum tuorum ſuper me.

4. Quid eſt omnis caro, in conſpectu tuo? Nunquid gloriabitur lutum, contra formantem ſe? Quomodo poteſt erigi vaniloquio, cuius cor in veritate ſubiectum eſt Deo? Non eum totus mundus eriget, quem veritas ſibi ſubiecit; nec omnium laudantium ore mouebitur, qui totam ſpem ſuam in Deo firmauit. Nam & ipſi, qui loquuntur, ecce omnes nihil, deficient enim cum ſonitu verborum: Veritas autem Domini manet in æternum.

CAP.

β'. Οὐδεμία τοίνυν ἁγιότης ἐστὶν, εἰ τὴν χεῖρα σου κύριε ὑφέλκεις. οὐδεμία σοφία λυσιτελεῖ, εἰ κυβερνῶν λήξεις. οὐδεμία ἰσχὺς ὠφελεῖ, εἰ διασώζων παύῃ. οὐδεμία ἁγνεία ἀσφαλὴς, εἰ αὐτῆς οὐχ ὑπερασπίζεις. οὐδεμία ἰδία φυλακὴ συμφέρει, εἰ μὴ ἡ ἁγία ἀγρυπνία σου παραγίνεται. ἡμεῖς μὲν γὰρ καταλειφθέντες, καταποντιζόμεθα καὶ ἀπολλύμεθα· ἐπισκοπηθέντες δ' ἐγειρόμεθα καὶ βιοῦμεν. ἀβέβαιοι δὴ τυγχάνομεν, ἀλλὰ διὰ σοῦ βεβαιούμεθα· χλιαινόμεθα, ἀλλ' ὑπὸ σοῦ ἀνακαιόμεθα.

γ'. Ὡς ταπεινῶς καὶ εὐτελῶς δεῖ ἐμὲ περὶ ἐμαυτοῦ γινώσκειν· ὡς οὐδενὸς τιμᾶν, εἴ τι ἀγαθὸν ἔχειν δοκῶ. ὡς βαθέως ὑπὸ τὴν τῶν κριμάτων σου ἄβυσσον ταπεινῶσαί με ὀφείλω, κύριε· ὅπου μηδὲν ἄλλο ἐμὲ ὄντα εὑρίσκω, ἢ μηδὲν καὶ μηδέν. ὢ βάρος ἀμέτρητον· ὢ πέλαγος ἀδιάνηκτον, ὅπου περὶ ἐμοῦ μηδὲν εὑρίσκω, εἰ μὴ ἐν τῷ ὅλῳ μηδέν. ποῦ τοίνυν ἐστὶν ἡ τῆς δόξης ἀποκρυφή; ποῦ ἡ πεποίθησις, ἡ ἐκ τῆς ἀρετῆς γινομένη; κατεπόθη πᾶσα ἡ ματαία καύχησις, ἐν τῷ βάθει τῶν κριμάτων σου τῶν ἐπ' ἐμέ.

δ'. Τί πᾶσα σάρξ ἐστιν ἐνώπιον σου; μὴ καυχήσεται ὁ πηλὸς κατὰ τοῦ πλάττοντος ἑαυτόν; πῶς ἐπαρθῆναι δύναται, οὗτινος καρδία ἀληθῶς ὑποτάσσεται τῷ θεῷ; οὐκ αὐτὸν ὅλος ὁ κόσμος ἐπαρεῖ, ὃν ἡ ἀλήθεια ἑαυτῇ ὑπέταξεν, οὐδὲ πάντων ἐπαινούντων στόματι κινηθήσεται, ὃς πᾶσαν ἐλπίδα αὐτοῦ ἐν τῷ θεῷ ἐβεβαίωσε. ἰδοὺ γὰρ καὶ αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, ἰδοὺ πάντες οὐδέν· ἐκλείψουσι γὰρ μετ' ἤχου τῶν ῥημάτων· ἡ δ' ἀλήθεια τοῦ κυρίου μένει εἰς αἰῶνα.

CAP. XV.

Qualiter standum sit & dicendum in omni re desiderabili.

1. FIli, sic dicas in omni re: Domine, si tibi placitum fuerit, fiat hoc ita. Domine, si fuerit honor tuus, fiat hoc in nomine tuo. Domine, si mihi videris expedire, & vtile esse probaueris; tunc dona mihi hoc vti, ad honorem tuum. Sed si mihi nociuum fore cognoueris, nec animæ meæ saluti prodesse, aufer à me tale desiderium. Non enim omne desiderium est à Spiritu sancto, etiam si homini videatur rectum & bonum. Difficile est pro vero iudicare, vtrùm spiritus bonus, an alienus te impellat, ad desiderandum hoc vel illud: an etiam ex proprio mouearis spiritu. Multi in fine sunt decepti, qui primò bono spiritu videbantur inducti.

2. Igitur semper cum timore Dei & cordis humilitate, desiderandum est & petendum, quicquid desiderabile menti occurrit: maximeque cum propria resignatione, mihi totum committendum est, atque dicendum: Domine, tu scis qualiter meliùs est, fac hoc vel illud, sicut volueris. Da quod vis, & quantum vis, & quando vis. Fac mecum, sicut scis, & sicut tibi magis placuerit, & maior honor tuus fuerit. Pone me, vbi vis, & liberè age mecum in omnibus. In manu tua sum, gyra & reuersa me per circuitum. En seruus tuus ego, paratus ad omnia: quoniam non desidero mihi viuere, sed tibi: vtinam dignè & perfectè.

Oratio pro beneplacito Dei perficiendo.

1. Con

Πῶς δεῖ ἔχειν καὶ λέγειν ἐν παντὶ ἐπιποθητῷ πράγματι.

α. Τέκνον, οὕτως εἰπὲ ἐν παντὶ πράγματι· κύριε, εἰ οὕτω γίνεται εὐδοκία ἔμπροσθέν σου, τοῦτο γενηθήτω. κύριε, εἰ ἔστι δόξα σου, γενηθήτω τοῦτο ἐν τῷ ὀνόματί σου. κύριε, ἐὰν τοῦτο συμφέρον μοι γινώσκῃς, καὶ χρήσιμον εἶναι νομίζῃς, τότε χάρισαί μοι τούτῳ χρῆσθαι εἰς τὴν δόξαν σου· ἐὰν δὲ βλαβερόν μοι, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς μου σωτηρίᾳ οὐκ ὠφέλιμον γενησόμενον κατίδῃς, ἆρον ἀπ' ἐμοῦ τοιαύτην ἐπιθυμίαν. οὐ γὰρ πᾶσα ἐπιθυμία ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματός ἐστιν, εἰ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ὀρθὴ καὶ καλὴ εἶναι δοκεῖ. χαλεπόν ἐστιν ἀληθῶς διαγινώσκειν εἰ τὸ πνεῦμα ἀγαθὸν, ἢ ἀλλότριον, εἰς τὸ τούτου, ἢ ἐκείνου ἐπιθυμεῖν σε ἐπάγει, ἢ καὶ ἐξ ἰδίου πνεύματος παρορμᾷ. πολλοὶ γὰρ ἐπὶ τέλει ἠπάτησαν, οἱ πρῶτον τῷ ἀγαθῷ πνεύματι ἐπαχθῆναι δόξαντες.

β. Χρὴ μὲν οὖν ἀεὶ μετὰ τοῦ φόβου θεοῦ καὶ τῆς ταπεινότητος τῆς καρδίας ἐπιποθεῖν καὶ αἰτεῖν, ὅτι οὖν ἐπιπόθητον τῷ νῷ ἐπέρχεται· μάλιστα δὲ μετὰ πάσης ἀπαρνήσεως ὅλον μοι ἐπιτρέπειν, καὶ λέγειν· κύριε, σὺ γινώσκεις, πῶς βέλτιόν ἐστι· ποίησον τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο, καθὼς σὺ βούλει. δὸς ὅ,τι θέλεις, καὶ ὅσον θέλεις, καὶ ὁπότε θέλεις. ποίησον μετ' ἐμοῦ καθὼς ἐπίστασαι, καὶ καθὼς μᾶλλόν σοι ἀρέσῃ, καὶ μείζων δόξα σου γενήσεται. τίθετί με, ὅπου ἂν ἐθέλῃς, καὶ ἐλευθέρως μοι χρῆσαι ἐν πᾶσιν. ἐν χειρί σου εἰμι, στρέφε καὶ ἀνάστρεφέ με κύκλῳ. ἰδοὺ ἐγὼ δοῦλός σου εἰς πάντα ἕτοιμος ὑπάρχων· ὅτι οὐκ ἐμοὶ, ἀλλά σοι ἐπιθυμῶ βιῶσαι· εἴθε ἀξίως καὶ τελείως.

Εὐχὴ ὑπὲρ τοῦ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θεοῦ διατελεῖν.

1. CONcede mihi benignissime IESV gratiam tuam, vt mecum sit, & mecum laboret, mecumque in finem vsque perseueret. Da mihi, hoc semper desiderare & velle, quod tibi magis acceptum est, & charius placet. Tua voluntas, mea sit: & mea voluntas, tuam semper sequatur, & optimè ei concordet. Sit mihi vnum velle & nolle tecum: nec aliud posse velle aut nolle, nisi quod tu vis & nolis.

2. Da mihi omnibus mori, quæ in mundo sunt: & propter te amare contemni, & nesciri in hoc seculo. Da mihi super omnia desiderata in te requiescere, & cor meum in te pacificare. Tu vera pax cordis, tu sola requies: extra te, dura sunt omnia & inquieta. In hac pace, in idipsum, hoc est, in te vno summo æterno bono, dormiam & requiescam. Amen.

CAP. XVI.

Quòd verum solatium, in solo Deo est quærendum.

1. QVicquid desiderare possum, vel cogitare ad solatium meum, non hîc expecto, sed in posterum. Quòd si omnia solatia mundi solus haberem, & omnibus delitijs frui possem: certum est, quòd diu durare non possent. Vnde non poteris anima mea plenè consolari, nec perfectè recreari: nisi in Deo consolatore pauperum, ac susceptore humilium. Expecta modicum anima mea, expecta diuinum pro-

συμπαροῦσά μοι κοπιάσῃ, καὶ ἕως τοῦ τέλους συνδιατελέσῃ μοι. δός μοι τοῦτο πάντοτε ἐπιποθεῖν καὶ βούλεσθαι, ὅ, τι σοι χαριέστερον γίνεται, καὶ μᾶλλον ἀρέσκει. τὸ θέλημά σου, ἐμὸν γένοιτο, καὶ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀεὶ τῷ σῷ ἕψαιτο, καὶ κάλλιστα αὐτῷ ὁμογνωμονήσαι. εἴη μοι τὸ αὐτὸ ἐθέλειν, καὶ οὐκ ἐθέλειν μετὰ σοῦ, καὶ οὐκ ἄλλο δύνασθαι βούλεσθαι, καὶ οὐ βούλεσθαι, εἰ μὴ ὅ, τι σὺ ἐθέλεις καὶ οὐκ ἐθέλεις.

β'. Χάρισαί μοι πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ οὖσιν ἀποθανεῖν, καὶ διά σε φιλῆσαι τὸ καταφρονεῖσθαι, καὶ ἀγνοεῖσθαι ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ. δός μοι ὑπὲρ πάντα ἐπιπόθητα ἔν σοι ἀναπαύεσθαι, καὶ τὴν καρδίαν μου ἔν σοι εἰρηνεύειν. σὺ ἀληθινὴ εἰρήνη τῆς καρδίας, σὺ μόνη ἀνάπαυσις· ἔξω σου, πάντα σκληρὰ καὶ ἀνήσυχα ὑπάρχει. ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τοῦτ' ἔστιν, ἔν σοι μόνῳ, μεγίστῳ, καὶ αἰωνίῳ ἀγαθῷ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω. Ἀμήν.

Κεφ. ιϛ'.

Ὅτι τὴν ἀληθινὴν παραμυθίαν ἐν μόνῳ τῷ θεῷ ζητητέον.

α'. Ὅ, τι ποσοῦν ἐπιθυμεῖν, ἢ ἐννοεῖν εἰς τὴν παραμυθίαν μου δύναμαι, οὐκ ἐνθάδε, ἀλλ' ἐν τῷ μέλλοντι προσδοκῶ. εἰ πάσας παρακλήσεις τοῦ κόσμου μόνος εἶχον, καὶ πασῶν τρυφῶν ἀπολαύειν ἐδυνάμην, δῆλόν ἐστιν, ὅτι πολὺν χρόνον διαμένειν οὐκ ἂν ἐδύνατο. ὅθεν ψυχή μου οὐχ οἵα τε γίνῃ ἐκπλέως παρακληθῆναι, ἢ παντελῶς ἱλαρωθῆναι, εἰ μὴ ἐν τῷ θεῷ τῷ παρακλήτῳ τῶν πτωχῶν, καὶ ὑποδοχεῖ τῶν ταπεινῶν. προσδόκα μικρὸν ψυχή μου, προσδόκα τὴν τοῦ θεοῦ

promissum, & habebis abundantiam omnium bonorum in cælo. Si nimis inordinatè ista appetis præsentia, perdes æterna & cælestia. Sint temporalia in vsu, æterna in desiderio. Non potes aliquo bono temporali satiari, quia ad hæc fruenda non es creata.

2. Etiam si omnia creata bona haberes, non posses esse felix & beata: sed in Deo, qui cuncta creauit, tota beatitudo tua & felicitas consistit: non qualis videtur & laudatur à stultis mundi amatoribus: sed qualem expectant boni Christi fideles, & prægustant interdum spirituales ac mundi corde, quorum conuersatio est in cælis. Vanum est & breue, omne humanum solatium. Beatum & verum solatium, quod intus à veritate percipitur. Deuotus homo, vbique secum fert consolatorem suum Iesum, & dicit ad eum: Adesto mihi Domine Iesu, in omni loco & tempore. Hæc mihi sit consolatio, libenter velle carere omni humano solatio. Et si tua defuerit consolatio, sit mihi tua voluntas & iusta probatio, pro summo solatio. Non enim in perpetuum irasceris, neque in æternum comminaberis.

Cap. XVII.

Quòd omnis sollicitudo, in Deo statuenda sit.

Fili, sine me tecum agere, quod volo: ego scio quid expedit tibi. Tu cogitas, vt homo: Tu sentis in multis, sicut humanus suadet affectus.

ἐπαγγελίαν, καὶ ἕξεις τὴν εὐθυμίαν πάντων ἀγαθῶν ἐν οὐρανῷ. εἰ ἄγαν ἀτάκτως τούτων τῶν παρόντων ὀρέγῃ, τὰ αἰώνια καὶ ἐπουράνια ἀπολέσῃς. γένοιτο τὰ πρόσκαιρα ἐν χρείᾳ, τὰ δ' αἰώνια ἐν ἐπιθυμίᾳ. οὐχ οἷός τ' εἶ τινος προσκαίρου ἀγαθοῦ κορεσθῆναι, ὅτι εἰς τὸ τούτων ἀπολαύειν οὐκ ἐκτίσθης.

β'. Εἰ καὶ πάντα τὰ κτισθέντα ἀγαθὰ εἶχες, οὐκ ἂν ἐδυνάσο εἶναι εὐδαίμων καὶ μακαρία, ἀλλ' ἐν τῷ θεῷ τῷ πάντα κτίσαντι πᾶσα ἡ εὐδαιμονία καὶ μακαριότης σου κεῖται, οὐ μὲν οἵα δοκεῖ καὶ ἐπαινεῖται τοῖς ματαίοις κοσμοφίλοις, οἵαν δὲ οἱ ἀγαθοὶ πιστοὶ τοῦ Χριστοῦ προσδοκῶσι, καὶ οἵας ποτὲ προγεύονται οἱ πνευματικοὶ καὶ καθαροκάρδιοι, ὧν πολίτευμα ἐν τῷ οὐρανῷ ὑπάρχει. ματαία καὶ βραχεῖα πᾶσα ἡ ἀνθρωπίνη παραμυθία ἐστι· μακαρία δὲ καὶ ἀληθινὴ παραμυθία, ἣ ἐντὸς παρὰ τῆς ἀληθείας λαμβάνεται. εὐλαβὴς ἄνθρωπος πανταχοῦ τὸν παράκλητον αὐτοῦ τὸν Ἰησοῦν μεθ' αὐτοῦ κομίζει, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· πάρισθί μοι κύριε Ἰησοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ. αὕτη παράκλησίς μοι γινέσθω τὸ ἀσμένως ἐθέλειν πάσης ἀνθρωπίνης παρακλήσεως ἀπορεῖν. καὶ εἰ ἡ παραμυθία σου ἄπεστι, τὸ θέλημά σου καὶ δικαία δοκιμασία ἀντὶ μεγίστης παρακλήσεώς μοι ἔστω. οὐ γὰρ εἰς τέλος ὀργισθήσῃ, οὐδ' εἰς αἰῶνα μηνιεῖς.

Κεφ. ιζ.

Ὅτι χρὴ πᾶσαν τὴν μέριμναν ἐπὶ τὸν θεὸν ἐπιρρίπτειν.

α. ΤΕκνον, ἔασόν με χρῆσθαί σοι, ὡς ἐθέλω· ἐγὼ οἶδα τὸ συμφέρον σοι. σὺ ἐνθυμῇ, ὡς ἄνθρωπος· σὺ γινώσκεις ἐν πολλοῖς, καθὼς τὸ ἀνθρώπειον πάθος

affectus. Dom[...] erum est, quod dicis. Maio est sollicitudo tua pro me, quàm omnis cura quam ego gerere possum pro me. Nimis enim casualiter stat, qui non proijcit omnem sollicitudinem suam in te Domine, dummodò voluntas mea recta & firma ad te permaneat, fac de me, quicquid tibi placuerit. Non enim potest esse nisi bonum, quicquid de me feceris.

2. Si me vis esse in tenebris, sis benedictus: & si me vis esse in luce, sis iterum benedictus. Si me dignaris consolari, sis benedictus: & si me vis tribulari, sis æquè semper benedictus. Fili, sic oportet te stare, si mecum desideras ambulare. Ita promptus esse debes ad patiendum, sicut ad gaudendum. Ita libenter debes esse inops & pauper, sicut plenus & diues.

3 Domine, libenter patiar pro te, quicquid volueris venire super me. Indifferenter volo de manu tua, bonum & malum, dulce & amarum, lætum & triste suscipere: & pro omnibus mihi contingentibus, gratias agere. Custodi me ab omni peccato, & non timebo mortem nec infernum; dummodò in æternum me non proijcias, nec deleas de libro vitæ: non mihi nocebit, quicquid venerit tribulationis super me.

CAP. XVIII.

Quòd temporales miseriæ, exemplo Christi æquanimiter sunt ferendæ.

1. FIli, ego descendi de cælo, pro tua salute: suscepi tuas miserias, non necessi-

συμβουλεύει· κύριε, ἀλη[illegible]ές ἐσ[illegible]ερ λέγεις. ἡ μέριμνά σου ἡ περὶ ἐμοῦ, μείζων ὑπάρχει πάσης ἐπιμελείας, ἣν ἐγὼ περὶ ἐμοῦ ποιεῖσθαι δύναμαι. ἄγαν γὰρ τυχηρῶς ἵσταται, ὁ πᾶσαν τὴν μέριμναν αὐτοῦ ἐπί σε οὐκ ἐπιῤῥίπτων. κύριε, εἴγε τὸ θέλημά μου εὐθὺ καὶ βέβαιον πρός σε διαμένει, ποίησον μετ' ἐμοῦ πᾶν ὅ, τι ἂν ἀρεστόν σοι γένηται. οὐ γὰρ δύναται εἶναι κακὸν, ὅτι οὖν μοι ποιήσῃς.

β'. Εἰ ἐν τῷ σκότει εἶναί με ἐθέλεις, εὐλογήθητι· καὶ εἰ ἐν τῷ φωτὶ εἶναί με ἐθέλεις, αὖθις εὐλογήθητι. εἰ παραμυθεῖσθαί με ἀξιοῖς, εὐλογήθητι· καὶ εἰ θλίβεσθαί με ἐθέλεις, ἀεὶ ὁμοίως εὐλογήθητι. τέκνον, οὕτω χρὴ ἔχειν σε, εἰ μετ' ἐμοῦ περιπατεῖν ἐπιθυμεῖς. οὕτω δεῖ σε πρόθυμον εἶναι εἰς τὸ πάσχειν, ὥσπερ εἰς τὸ χαίρειν. οὕτως ἀσμένως ἄπορος καὶ πένης εἶναι ὀφείλεις, ὡς ἔμπλεως καὶ πλούσιος.

γ'. Κύριε, ἡδέως ὑπέρ σου πείσομαι, ὅτι οὖν ἂν θελήσῃς μοι ἐπελθεῖν. ἀδιαφόρως ἀπὸ τῆς χειρός σου ἀποδέχεσθαι ἐθέλω τὸ κακὸν, καὶ τἀγαθὸν, τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν, τὸ περιχαρὲς καὶ τὸ λυπηρὸν, καὶ ὑπὲρ πάντων συμβαινόντων μοι, εὐχαριστεῖν. φύλαξόν με ἀπὸ παντὸς κακοῦ, καὶ οὐδὲ τὸν θάνατον, οὐδὲ τὸν ᾅδην φοβηθήσομαι· μόνον μὴ εἰς αἰῶνα ἀποῤῥίψῃς με, μηδ' ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς ἐξαλείψῃς· οὐ βλάψει με, ἥτις οὖν θλίψις ἐπελεύσεταί μοι.

Κεφ. ιη'.

Ὅτι δεῖ τὰς προσκαίρους ταλαιπωρίας, τῷ παραδείγματι τοῦ Χριστοῦ, εὐκόλως ὑπομένειν.

α'. Τέκνον, ἐγὼ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας σου κατέβην· τὰς ταλαιπωρίας σου, οὐ

necessitate, sed charitate trahente: vt patientiam disceres,& temporales miserias non indignanter ferres. Nam ab hora ortus mei, vsque ad exitum in cruce, non defuit mihi tolerantia doloris. Defectum rerum temporalium magnum habui: multas querimonias de me frequenter audiui: confusiones & opprobria benignè sustinui: pro beneficijs ingratitudinem recepi: pro miraculis blasphemias, pro doctrina reprehensiones.

2. Domine, quia tu patiens fuisti in vita tua, in hoc maximè, implendo præceptum Patris tui: dignum est, vt ego misellus peccator, secundùm voluntatem tuam patienter me sustineam: donec ipse volueris, onus corruptibilis vitæ, pro salute mea portem. Nam etsi onerosa sentitur præsens vita, facta est tamen iam per gratiam tuam valde meritoria: atque exemplo tuo, & sanctorum tuorum vestigijs, infirmis tolerabilior & clarior. Sed & multò magis consolatoria, quàm olim in lege vetere fuerat, quum porta cæli clausa persisteret: & obscurior etiam via ad cælum videbatur, quando tam pauci regnum cælorum quærere curabant. Sed neque qui tunc iusti erant & saluandi, ante passionem tuam, & sacræ mortis debitum, cæleste regnum poterant introire.

3. O quantas tibi gratias teneor referre, quòd viam rectam & bonam dignatus es mihi & cunctis fidelibus, ad æternum regnum tuum ostendere: Nam vita tua,

via

τῆς ἀνάγκης, ἀλλὰ τῆς ἀγάπης ἑκούσης, [illegible]
ἵνα τὴν ὑπομονὴν καταμάθῃς, καὶ τὰς προσκαίρους ἀθλιότητας μὴ βαρέως ἐνέγκῃς. ἀπὸ τῆς γὰρ ὥρας τῆς γεννήσεώς μου, μέχρι τῆς τελευτῆς τῆς ἐν τῷ σταυρῷ, οὐκ ἀπογέγονέ μου ἡ κακοπάθεια. τὴν τῶν βιωτικῶν ἀπορίαν μεγάλην εἶχον· πολλῶν μέμψεων τῶν καθ᾽ ἐμοῦ συχνῶς ἤκουσα· αἰσχύνας καὶ ὀνείδη εὐγνωμόνως ὑπέμεινα· ἀντὶ τῶν εὐεργετημάτων τὴν ἀχαριστίαν ἀπέλαβον· ἀντὶ τῶν θαυμάτων, τὰς βλασφημίας, ἀντὶ τῆς διδαχῆς τὰς ἐπιτιμήσεις.

β΄. Κύριε, ὅτι σὺ ἐν τῷ βίῳ σου ἐκαρτέρησας, ἐν τούτῳ μάλιστα πληρώσας τὴν ἐντολὴν τοῦ πατρός σου, εἰκὸς κἀμὲ ἄθλιον ἁμαρτωλὸν κατὰ τὴν βούλησίν σου ἀνεξικακεῖν, καὶ ἕως ἂν αὐτὸς θελήσῃς, τὸ τῆς φθαρτῆς ζωῆς βάρος ὑπὲρ τῆς σωτηρίας μου βαστάζειν. καίτοι γὰρ τῆς παρούσης ζωῆς φορτικῆς αἰσθανόμεθα, ὅμως διὰ τῆς σῆς χάριτος νῦν μεγαλόμισθός ἐστι, καὶ τῷ ὑποδείγματί σου, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων σου ἴχνεσι, τοῖς ἀσθενέσιν ἀνεκτοτέρα καὶ λαμπροτέρα. πρὸς τούτοις καὶ πολλῷ παρακλητικωτέρα ἐστὶ τῆς ἐν τῷ πάλαι νόμῳ γενομένης, ὅτε ἡ τοῦ οὐρανοῦ πύλη ἀποκεκλεισμένη διέμενε· καὶ ἡ πρὸς τὸν οὐρανὸν ὁδὸς σκοτεινοτέρα ἐδόκει, οὕτως ὀλίγων περὶ τὸ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἐπιζητεῖν σπουδαζόντων. ἀλλ᾽ οὐδὲ οἱ τότε δίκαιοι καὶ τῆς σωτηρίας μέτοχοι τυγχάνοντες, πρὸ τοῦ πάθους σου, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου θανάτου ἐκτίσεως τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν εἰσελθεῖν ἐδυνάντο.

γ΄. Ὡς πολλὴν χάριν ἀποδιδόναι σοι ὀφείλω, ἀνθ᾽ ὧν εὐθεῖαν καὶ καλὴν ὁδόν μοι καὶ πᾶσι τοῖς πιστοῖς εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν σου ἐπιδεῖξαι ἠξίωσας· ἡ γὰρ ζωή σου,

ἡ ὁδὸς

via nostra: & per sanctam patientiam tuam, ambulamus ad te; qui es corona nostra. Nisi tu nos præcessisses & docuisses, quis sequi curaret? Heu, quot longè retroque manerent, nisi tua præclara exempla inspicerent. Ecce, adhuc tepescimus, auditis tot signis tuis & doctrinis: quid fieret, si tantum lumen, ad sequendum te, non haberemus?

CAP. XIX.

De tolerantia iniuriarum, & quis verus patiens probetur.

1. QVid est, quod loqueris fili? Cessa conqueri, considerata mea & aliorum sanctorum passione. Nondum vsque ad sanguinem restitisti. Parum est, quod tu pateris, in comparatione eorum, qui tam multa passi sunt, tam fortiter tentati, tam grauiter tribulati, tam multipliciter probati & exercitati. Oportet te igitur aliorum grauiora, ad mentem reducere, vt leuiùs feras tua minima. Et si tibi minima non videntur, vide ne & hoc tua faciat impatientia. Siue tamen parua, siue magna sint, stude cuncta patienter sufferre.

2, Quantò meliùs ad patiendum te disponis, tantò sapientiùs agis, & amplius promereris: feres quoq; leuiùs animo & vsu ad hoc non segniter paratus. Nec dicas: Non valeo hæc ab homine tali pati, nec huiuscemodi mihi patienda sunt:

graue

ἡ ὁδὸς ἡμῶν· καὶ διὰ τῆς ἁγίας ὑπομονῆς σου [illegible]
χόμεθά σοι, ὃς στέφανος ἡμῶν τυγχάνεις. εἰ μὴ σὺ ἡμᾶς προηγάγες, καὶ ἐδίδαξας, τίς ἂν περὶ τοῦ ἀκολουθεῖν σοι ἐσπούδασε; φεῦ, ὅσοι μακρὰν ἂν καὶ ὀπίσω ἔμενον, εἰ μὴ εἰς τὰ περιφανῆ παραδείγματά σου ἀπέβλεπον; ἰδοὺ, ἔτι χλιαινόμεθα, τοσαῦτα σημεῖα καὶ διδαχάς σου ἀκούσαντες, τί ἂν ἐγίνετο, εἰ τηλικοῦτο φῶς εἰς τὸ ἀκολουθῆσαί σοι οὐκ εἴχομεν;

Κεφ. ιθ'.

Περὶ τοῦ φέρειν τὰς ὕβρεις, καὶ τίς ἀληθὴς ὑπομονητικὸς ἀποδείκνυται.

α. ΤΙ ἐστιν, ὅ, τι λαλεῖς, τέκνον; λῆγε τῆς μεμψιμοιρίας, τὸ πάθος μου καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων σκοπῶν. οὔπω γὰρ μέχρις αἵματος ἀντικατέστης. μικρόν ἐστιν ὅ, τι σὺ πάσχεις, πρὸς τοὺς τοσαῦτα ὑπομείναντας, οὕτω δεινῶς πειρασθέντας, οὕτω βαρέως θλιφθέντας, καὶ πολλαπλασίως δοκιμασθέντας καὶ ἀσκηθέντας. χρὴ τοίνυν σε τὰ δεινότερα τῶν ἄλλων ἐνθυμεῖσθαι, ἵνα τὰ ἐλάχιστά σου κουφότερον ὑπομένῃς. καὶ εἰ ἐλάχιστά σοι οὐ δοκεῖ, πρόσεχε, πότερον οὐ καὶ τοῦτο ἡ ἀνυπομονησία σου αἰτία ἐστιν. ἀλλ' ὅμως εἴτε μικρά, εἴτε μεγάλα γένεται, πάντα καρτερεῖν ἐπιχείρει.

β'. Ὅσῳ ἂν βέλτιον εἰς τὸ παθεῖν σε καταρτίσῃς, τοσούτῳ σοφώτερον πράττεις, καὶ μείζονος μισθοῦ ἄξιος γίνῃ· ἔτι δὲ ῥᾷον ὑπομενεῖς, τῇ ψυχῇ καὶ τῇ χρήσει εἰς τοῦτο οὐκ ὀκνηρῶς παρεσκευασθείς. μὴ λέγε· οὐχ οἷός τ' εἰμὶ ταῦτα πάσχειν ὑπὸ τοιούτου ἀνθρώπου. οὐδὲ τοιαῦτά μοι ἀνεκτά ἐστι·

δεινῶς

graue enim intulit damnum, & improperat mihi, quæ nunquam cogitaueram: ſed ab alio libenter patiar, & ſicut patienda videro. Inſipiens eſt talis cogitatio, quæ virtutem patientiæ non conſiderat, nec à quo coronanda erit, ſed magis perſonas & offenſas ſibi illatas perpendit.

3. Non eſt verus patiens, qui pati non vult, niſi quantum ſibi viſum fuerit, & à quo ſibi placuerit. Verus autem patiens, non attendit à quo homine, vtrum à Prælato ſuo, an ab aliquo æquali, aut inferiori: vtrum à bono & ſancto viro, vel à peruerſo & indigno exerceatur. Sed indifferenter ab omni creatura, quantumcunque, & quotiescunque ei aliquid aduerſi acciderit, totum hoc de manu Dei gratanter accipit, & ingens lucrum reputat: quia nil apud Deum, quantumlibet paruum, pro Deo tamen paſſum, poterit ſine merito tranſire.

4. Eſto itaque expeditus ad pugnam, ſi vis habere victoriam. Sine certamine non potes peruenire ad patientiæ coronam. Si pati non vis, recuſas coronari. Si autem coronari deſideras, certa viriliter, ſuſtine patienter. Sine labore, non tenditur ad requiem: nec ſine pugna, peruenitur ad victoriam. Fiat Domine mihi poſſibile per gratiam, quod mihi impoſſibile videtur per naturam. Tu ſcis, quòd modicum poſſum pati, & quòd citò deijcior, leui exurgente aduerſitate. Efficiatur mihi quælibet exercitatio tribulationis, pro nomine tuo amabilis & optabilis: nam pati, & vexari pro te, valde ſalubre eſt animæ meæ.

CAP.

δεινῶς γάρ ἔβλαψέ με, καὶ ὀνειδίζει μοι, ἃ μηδέποτε ἐνενόησα· ὑπ' ἄλλου δ' ἀσμένως πείσομαι, καθάπερ ἂν χρῆναι παθεῖν κατίδω. τοιοῦτος ὁ λογισμὸς ἀνόητός ἐστι, τὴν τῆς ὑπομονῆς ἀρετὴν οὐ σκεπτόμενος, οὐδὲ ὑφ' οὗ ἐκείνη μέλλει στεφανωθήσεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὰς ὕβρεις αὐτῷ γενομένας ἐξετάζων.

γ'. Οὐκ ἔστιν ἀληθινῆς ὑπομονητικὸς, ὁ μὴ θέλων παθεῖν, πλὴν ὅ, τι ἂν αὐτῷ δόξῃ, καὶ ὑφ' οὗ αὐτῷ ἀρέσῃ. ἀληθὴς δὲ ὑπομονητικὸς, οὐ λογίζεται ὑπὸ τίνος ἀνθρώπου, πότερον ὑπὸ προεστῶτος αὐτοῦ, ἢ ὑπό τινος ἴσου, ἢ ἐλάττονος· πότερον ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἁγίου ἀνθρώπου, ἢ ὑπὸ πονηροῦ καὶ ἀναξίου ἀσκεῖται· ἀλλ' ἀδιαφόρως ὑπὸ πάσης κτίσεως, ὁποσονοῦν καὶ ὁποσακισοῦν ἂν ἀτύχημά τι αὐτῷ συμβῇ, πᾶν τοῦτο ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ χειρὸς εὐχαρίστως ἀποδεχόμενος, παμμέγεθες κέρδος ἡγεῖται· ὅτι μηδὲν παρὰ τῷ θεῷ, καίπερ ἐλάχιστον ὂν, εἴγε διὰ τὸν θεὸν ἐπάθομεν, ἄμισθον εἶναι δυνήσεται.

δ'. Διόπερ ἕτοιμος ἔσο πρὸς τὸν πόλεμον, εἰ θέλεις τῆς νίκης ἐπιτυχεῖν. ἀπολέμως τοῦ τῆς ὑπομονῆς στεφάνου οὐ δύνῃ ἐφικέσθαι. εἰ παθεῖν οὐκ ἐθέλεις, ἀναίνῃ στεφανοῦσθαι. εἰ δὲ στεφανοῦσθαι ἐπιθυμεῖς, ἀγωνίσθητι ἀνδρείως, ὑπόμεινον μακροθύμως. ἀπόνως τῆς ἀναπαύσεως οὐκ ἐπιτεύξῃ, καὶ ἀπολέμως τὴν νίκην οὐκ ἀρῇ. γενηθήτω κύριε δυνατόν μοι, διὰ τῆς χάριτος, ὅ, τι ἀδύνατόν μοι δοκεῖ διὰ τῆς φύσεως. σὺ οἶδας, ὅτι μικρὸν δύναμαι παθεῖν, καὶ ὅτι εὐθέως ἀθυμῶ, ἀτυχίας συμβαινούσης κούφης. γένοιτό μοι πᾶσα ἄσκησις τῆς θλίψεως, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός σου, προσφιλὴς καὶ εὐκταία· ὅτι τὸ παθεῖν καὶ κακωθῆναι ὑπὲρ σοῦ, πάνυ σωτήριόν ἐστι τῇ ψυχῇ μου.

CAP. XX.

De confessione propriæ infirmitatis, & huius vitæ miserijs.

1. Confitebor aduersum me iniustitiam meam: confitebor tibi Domine infirmitatem meam. Sæpe parua res est, quæ me deijcit & contristat. Propono me fortiter acturum, sed cùm modica tentatio venerit, magna mihi angustia fit. Valde vilis quandoque res est, vnde grauis tentatio prouenit. Et dum puto me aliquantulùm tutum, cùm non sentio, inuenio me nonnunquam penè deuictum ex leui flatu.

2. Vide ergo Domine humilitatem meam, & fragilitatem tibi vndique notam. Miserere, & eripe me de luto, vt non infigar, non permaneam deiectus vsquequaque. Hoc est, quod me frequenter reuerberat, & coram te confundit; quòd tàm labilis sum, & infirmus, ad resistendum passionibus. Et si non omnino ad consensionem trahit, tamen mihi etiam molestia & grauis est earum insectatio, & tædet valde sic quotidie viuere in lite. Ex hinc nota mihi fit infirmitas mea: quia multò facilius irruunt abominandæ semper phantasiæ, quàm discedunt.

3. Vtinam fortissime Deus Israel, zelator animarum fidelium, respicias serui tui laborem & dolorem, assistasque illi in omnibus, ad quæcunque perrexerit. Robora me cœlesti fortitudine, ne vetus homo, misera caro spiritui necdũ plenè subiecta, præualeat dominari: aduersùs

quam

Κεφ. κ'.

Περὶ τοῦ ὁμολογεῖσθαι τὴν ἰδίαν ἀσθένειαν, καὶ τὰς ταλαιπωρίας τούτου τοῦ βίου.

α'. Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀδικίαν μου· ἐξομολογήσομαί σοι κύριε τὴν ἀσθένειάν μου. πολλάκις μικρόν ἐστι τὸ ἐμὲ καταβάλλον καὶ λυποῦν. προαιροῦμαι ἀνδραγαθεῖν, ἀλλὰ μικροῦ πειρασμοῦ ἐπερχομένου, σφόδρα στενοχωροῦμαι. εὐτελέστατόν ἐστί ποτε, ὅθεν δεινὸς πειρασμός μοι γίνεται· καὶ ὅτε ἐπὶ ποσὸν ἀσφαλῆ με εἶναι νομίζω, ἐκ κούφης πνοῆς ἡττηθέντα μέ ποτε εὑρίσκω, οὐκ αἰσθανόμενος.

β'. Ἴδε τοίνυν, κύριε, τὴν ταπεινότητά μου, καὶ ἀσθένειάν μου τὴν πανταχόθεν σοι ἐγνωσμένην. ἐλέησον, καὶ σῶσόν με ἐκ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ, οὐ μὴ διατελῶ καταβληθεὶς ἕως σφόδρα. τοῦτ' ἐστιν, ὅπερ πολλάκις με ἐκπλήττει, καὶ ἐνώπιόν σου καταισχύνει, ὅτι οὕτω σφαλερός, καὶ εἰς τὸ ἀντιστῆναι τοῖς παθήμασιν ἀσθενής εἰμι. καίτοι εἰ καὶ οὐ πάντως συγκατατίθεμαι, ἀλλ' οὖν καὶ ὁ διωγμὸς αὐτῶν ὀχληρὸς καὶ βαρύς μοι γίνεται, καὶ καθ' ἑκάστην οὕτω τῇ ἔριδι ἐνδιάγειν σφόδρα κατοκνῶ. ἐκ τούτου ἡ ἀσθένειά μου γνωρίζεταί μοι, ὅτι αἱ βδελυκταὶ φαντασίαι πολλῷ ῥᾷον ἀεὶ εἰσβάλλουσιν, ἢ ἀπέρχονται.

γ'. Εἴθε ἰσχυρότατε θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, ζηλωτὰ τῶν ψυχῶν πιστῶν ἀπέβλεψας εἰς τὸν πόνον καὶ τὴν ὀδύνην τοῦ δούλου σου, καὶ παρίστασο αὐτῷ ἐν πᾶσιν, εἰς ἅπερ ἂν στραφῇ. κραταίωσόν με τῇ ῥώμῃ ἐπουρανίῳ, ἵνα μὴ παλαιὸς ἄνθρωπος, ἡ σχετλία σάρξ, τῷ πνεύματι οὔπω παντελῶς ὑποταχθεῖσα, κυριεύειν δυνηθῇ· πρὸς ἣν

ἀγωνί-

quam certare oportebit, quam diu ſpiratur in hac vita miſerrima. Heu, qualis eſt hæc vita, vbi non deſunt tribulationes & miſeriæ: vbi plena laqueis & hoſtibus ſunt omnia? Nam vna tribulatione ſeu tentatione recedente, alia accedit: ſed & priore adhuc durante conflictu, alij plures ſuperueniunt, & inſperatè.

4. Et quomodo poteſt amari vita, tantas habens amaritudines, tot ſubiecta calamitatibus & miſerijs? Quomodo etiam dicitur vita, tot generans mortes & peſtes? Et tamen amatur & delectari in ea à multis quæritur. Reprehenditur frequenter mundus, quod fallax ſit & vanus, nec tamen facilè relinquitur, quia concupiſcentiæ carnis nimis dominantur. Sed alia trahunt ad amandum, alia ad contemnendum. Trahunt ad amorem mundi, deſiderium carnis, deſiderium oculorum, & ſuperbia vitæ: ſed pœnæ ac miſeriæ iuſtè ſequentes ea, odium mundi pariunt & tædium.

5. Sed vincit, proh dolor, delectatio praua mentem mundo deditam, & eſſe ſub ſenſibus delitias reputat: quia Dei ſuauitatem, & internam virtutis amœnitatem, nec vidit, nec guſtauit. Qui autem mundum perfectè contemnunt, & Deo viuere ſub ſancta diſciplina ſtudent, iſti diuinam dulcedinem, veris abrenuntiatoribus promiſſam, non ignorant, & quàm grauiter mundus errat, & variè fallitur, clariùs vident.

CAP. XXI.

ἀγωνίζεσθαι δεήσει, μέχρις ἂν [illegible] τούτῳ πνεύσωμεν. οἴμοι, ποῖος οὗτος βίος ἐστὶν, ὅπου αἱ θλίψεις καὶ ταλαιπωρίαι οὐκ ἄπεισι, καὶ ὅπου τῶν παγίδων καὶ τῶν ἐχθρῶν πάντα γέμει; μιᾶς γὰρ θλίψεως ἢ πειρασμοῦ ἀπερχομένου, ἄλλος προσέρχεται· ἀλλὰ καὶ τῆς προτέρας συμβολῆς ἔτι γινομένης, ἄλλοι πλείους καὶ ἀπροσδοκήτως ἐπέρχονται.

δ. Καὶ πῶς δυνατὸν, ταύτην τὴν ζωὴν τοσαύτας πικρότητας ἔχουσαν, καὶ τηλικαύταις συμφοραῖς καὶ ταλαιπωρίαις ἔνοχον ἀγαπᾶσθαι; καὶ πῶς λέγεται βίος, ὁ τοσούτους θανάτους καὶ λοιμοὺς γεννῶν; ἀλλ᾽ ὅμως ἀγαπᾶται, καὶ πολλοὶ ἐν αὐτῷ τέρπεσθαι ἐπιποθοῦσι. ψέγεται συχνῶς ὁ κόσμος, ὡς ἀπατηλὸς καὶ μάταιος ὢν, ἀλλὰ μὴν οὐ ῥᾳδίως καταλείπεται, ὅτι αἱ ἐπιθυμίαι τῆς σαρκὸς ἄγαν κυριεύουσι. καίτοι τὰ μὲν εἰς τὸ αὐτὸν φιλεῖν, τὰ δὲ εἰς τὸ αὐτοῦ καταφρονεῖν ἑλκύει. εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ κόσμου ἑλκύουσιν, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου. αἱ δὲ ποιναὶ καὶ ταλαιπωρίαι αἱ αὐτοῖς εἰκότως ἀκολουθοῦσαι, τὸ τοῦ κόσμου μῖσος καὶ ἀηδίαν ἐμποιοῦσιν.

ε. Οὐ μὴν ἀλλὰ, αἲ αἴ, ἡ πονηρὰ τέρψις, τῆς ψυχῆς τῆς τῷ κόσμῳ προσκειμένης περιγίνεται, καὶ τὸ τῶν αἰσθήσεσιν ὑποτάττεσθαι, τρυφὴν νομίζει, ὅτι τὴν τοῦ θεοῦ χρηστότητα, καὶ τὸ ἔσω κάλλος τῆς ἀρετῆς, οὐκ ἔβλεψεν, οὐδ᾽ ἐγεύσατο. οἱ δὲ τοῦ κόσμου ὅλως ὀλιγωροῦντες, καὶ τῷ θεῷ ὑπὸ τῇ ἁγίᾳ παιδεύσει ζῆν ἐπιχειροῦντες, τὴν θείαν ἡδύτητα τὴν τοῖς ἀληθέσιν ἀποτάκταις ἐπαγγελθεῖσαν οὐκ ἀγνοοῦσι, καὶ ὡς δεινῶς ὁ κόσμος πλανᾶται, καὶ ποικίλως ἐξαπατᾶται, σαφέστερον γινώσκουσι.

Κεφ. κα.

Ὅτι

Quòd in Deo, super omnia bona & dona requiescendum est.

1. SVper omnia & in omnibus, requiesces anima mea in Domino semper, quia ipse sanctorum æterna requies. Da mihi, dulcissime & amantissime IESV, in te super omnem creaturam requiescere; super omnem salutem & pulchritudinem: super omnem gloriam & honorem: super omnem potentiam & dignitatem; super omnem scientiam & subtilitatem; super omnes diuitias & artes; super omnem lætitiam & exultationem; super omnem famam & laudem; super omnem suauitatem & consolationem; super omnem spem & promissionem: super omne meritum & desiderium; super omnia dona & munera, quæ potes dare & infundere: super omne gaudium & iubilationem, quam potest mens capere & sentire. Denique super Angelos & Archangelos, & super omnem exercitum cæli: super omnia visibilia & inuisibilia: & super omne, quod tu Deus meus non es.

2. Quia tu Domine Deus meus super omnia optimus es: tu solus altissimus: tu solus potentissimus: tu solus sufficientissimus & plenissimus: tu solus suauissimus & solatiosissimus tu solus pulcherrimus & amantissimus: tu solus nobilissimus & gloriosissimus super omnia: in quo cuncta bona simul & perfectè sunt, & semper fuerunt & erunt: atque ideo minus est & insufficiens, quicquid præter teipsum mihi donas, aut de teipso reuelas, vel promittis, te non viso, nec plenè adepto.

Quonia

Ὅτι ἐν τῷ Θεῷ ὑπὲρ πάντα ἀγαθὰ καὶ δῶρα ἀναπαύεσθαι δεῖ.

α΄. Ὑπὲρ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν, ψυχή μου, ἐν τῷ κυρίῳ ἀεὶ ἀναπαύσῃ, ὅτι αὐτός ἐστιν τῶν ἁγίων αἰώνιος ἀνάπαυσις. Δός μοι, ἡδύτατε καὶ προσφιλέστατε Ἰησοῦ, ἔν σοι ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν ἀναπαύεσθαι, ὑπὲρ πᾶσαν σωτηρίαν καὶ κάλλος, ὑπὲρ πᾶσαν δόξαν καὶ τιμήν, ὑπὲρ πᾶν κράτος καὶ ἀξίωμα, ὑπὲρ πᾶσαν ἐπιστήμην καὶ ἀγχίνοιαν, ὑπὲρ πάντα πλοῦτον καὶ τέχνας, ὑπὲρ πᾶσαν εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίασιν, ὑπὲρ πᾶσαν φήμην καὶ ἔπαινον, ὑπὲρ πᾶσαν ἡδύτητα καὶ παραμυθίαν, ὑπὲρ πᾶσαν ἐλπίδα καὶ ἐπαγγελίαν, ὑπὲρ πᾶσαν ἀξίαν καὶ ἐπιθυμίαν, ὑπὲρ πάντα δῶρα καὶ γέρατα, ἅτινα δύνῃ διδόναι καὶ ἐγχέειν, ὑπὲρ πᾶσαν χαρὰν καὶ ἀλάλαξιν, ἥνπερ ὁ νοῦς ἀνθρώπειος δύναται χωρεῖν καὶ αἰσθάνεσθαι. τέλος δὲ ὑπὲρ ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ· ὑπὲρ πάντα ὁρατὰ καὶ ἀόρατα, καὶ ὑπὲρ πᾶν, ὅ,τι σὺ ὁ Θεός μου οὐκ εἶ.

β΄. Ὅτι σὺ κύριε ὁ Θεός μου, πάντων βέλτιστος τυγχάνεις· σὺ μόνος ὕψιστος, σὺ μόνος δυνατώτατος, σὺ μόνος αὐταρκέστατος καὶ πληρέστατος· σὺ μόνος ἥδιστος καὶ παρακλητικώτατος· σὺ μόνος κάλλιστος καὶ φίλτατος· σὺ μόνος εὐγενέστατος καὶ ὑπὲρ πάντα ἐνδοξότατος, ἐν ᾧ πάντ᾽ ἀγαθὰ ἅμα καὶ τελείως ἐστὶ, καὶ ἀεὶ ἐγένετο καὶ ἔσται· καὶ διὰ τοῦτο ἧττον καὶ ἐλλειπές ἐστιν, ὅ,τι οὖν, πλὴν σεαυτοῦ, δωρῇ μοι, ἢ περί σου ἀποκαλύπτεις, ἢ ἐπαγγέλλεις, σοῦ οὐχ ἑωραμένου, καὶ κατειλημμένου.

ἡ γὰρ

Quoniam quidem non poteſt cor meum veraciter requieſcere, nec totaliter contentari, niſi in te requieſcat, & omnia dona omnemque creaturam tranſcendat.

3. O mi dilectiſſime ſponſe Iesv Chriſte, amator puriſſime, dominator vniuerſæ creaturæ: quis mihi det pennas veræ libertatis, ad volandum & pauſandum in te? O quando ad plenum dabitur mihi vacare & videre, quàm ſuauis es Domine Deus meus? Quando ad plenum me recolligam in te, vt præ amore tuo, non ſentiam me: ſed te ſolum, ſupra omnem ſenſum & modum, in modo non omnibus noto? Nunc autem frequenter gemo, & infelicitatem meam cum dolore porto. Quia multa mala, in hac valle miſeriarum occurrunt, quæ me ſæpiùs conturbant, contriſtant, & obnubilant: ſæpiùs impediunt & diſtrahunt, alliciunt & implicant, ne liberum habeam acceſſum ad te, & ne iucundis fruar amplexibus, præſtò ſemper beatis ſpiritibus. Moueat ſuſpirium meum, & deſolatio multiplex in terra.

4. O Ieſu, ſplendor æternæ gloriæ, ſolamen peregrinantis animæ: apud te eſt os meum ſine voce, & ſilentium meum loquitur tibi. Vſquequo tardat venire Dominus meus? Veniat ad me pauperculum ſuum, & lætum faciat. Mittat manum ſuam, & miſerum eripiat de omni anguſtia. Veni, veni: quia ſine te, nulla erit læta dies aut hora, quia tu lætitia mea; & ſine te, vacua eſt menſa mea. Miſer ſum, & quodammodo incarceratus, & compedibus grauatus: donec luce præſentiæ tuæ me reficias, ac libertati dones, vultumque amicabilem demonſtres.

5. Quæ-

ἡ γὰρ καρδία μου οὐ δύναται ἀληθῶς ἡσυχάζειν ἢ παντελῶς ἀρκεῖσθαι, ἐὰν μὴ ἔν σοι ἀναπαύηται, πάντα τὰ δῶρα, καὶ πᾶσαν κτίσιν ὑπερβαίνῃ.

γ΄. Ω προσφιλέστατε νυμφίε μου Ἰησοῦ Χριστέ, φιλητὰ καθαρώτατε, δέσποτα πάσης κτίσεως· τίς δώσει μοι πτέρυγας ἀληθοῦς ἐλευθερίας τοῦ πετάσθαι καὶ ἀναπαύεσθαι ἐν σοί; πότε ἀφθόνως συγχωρηθήσεταί μοι σχολάσαι καὶ ἰδεῖν, ὡς χρηστὸς εἶ κύριε ὁ θεός μου; πότε ἐκπλέως συλλέξω με ἐν σοί, ἵν' ὑπὸ τῆς ἀγάπης σου οὐκ αἴσθωμαί μου, ἀλλὰ σοῦ μόνου ὑπὲρ πᾶσαν αἴσθησιν καὶ τρόπον, τῷ τρόπῳ οὐ πᾶσιν ἐγνωσμένῳ; νυνὶ δὲ πολλάκις στενάζω, καὶ τὴν ἀτυχίαν μου ὀδυνώμενος βαστάζω, ὅτι πολλὰ κακὰ ἐν τῇδε τῇ κοιλάδι τῶν ταλαιπωριῶν συμβαίνει, ἅτινά με πλεονάκις ταράττει, λυπεῖ, καὶ νεφοῖ· πλεονάκις ἐμποδίζει καὶ διασπᾷ, ἐπάγει καὶ ἐμπλέκει, ἵνα μὴ ἀδεῶς προσέλθω σοι, οὐδὲ τῶν ἡδειῶν περιπτυχῶν ἀπολαύσω, τοῖς μακαρίοις πνεύμασιν ἀεὶ παρόν. κινήσαι σε ὁ στεναγμός μου, καὶ ἡ πολλαπλασία ἐρημία ἡ ἐπὶ τῆς γῆς.

δ΄. Ω Ἰησοῦ ἀπαύγασμα τῆς αἰωνίου δόξης, παραμυθία τῆς ἀποδημούσης ψυχῆς· παρὰ σοὶ τὸ στόμα μου ἄφωνόν ἐστι, καὶ ἡ σιγή μου λαλεῖ σοι. ἕως πότε βραδύνει ὁ κύριός μου τοῦ ἐλθεῖν; προσέλθοι μοι πενιχρῷ δούλῳ αὐτοῦ, καὶ εὐφρῆναι. βάλοι τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ῥύσαιτο τὸν ἄθλιον ἐκ πάσης στενοχωρίας. ἐλθέ, ἐλθέ· ὅτι ἄνευ σοῦ μηδεμία ἡμέρα, ἢ ὥρα φαιδρὰ ἔσται, ὅτι σὺ ἡ εὐφροσύνη μου· καὶ χωρίς σου, κενά ἐστιν ἡ τράπεζά μου. ἄθλιός εἰμι, καὶ εἰργμένος πως, καὶ ἐμπεπεδημένος. ἕως φωτὶ τῆς παρουσίας σου ἀναπαύσῃς με, καὶ ἐλευθε[illegible] πρόσωπον φιλικὸν ἐπιδεικνύαν.

5. Quærant alij pro te aliud, quodcunque libuerit: mihi aliud interim nil placet, nec placebit, nisi tu Deus meus, spes me.., salus æterna. Non reticebo, nec deprecari cessabo: donec gratia tua reuertatur, mihiq́ue tu intus loquaris: Ecce adsum: Ecce ego ad te, quia inuocasti me, lachrymæ tuæ, & desiderium animæ tuæ, humiliatio tua & contritio cordis, inclinauerunt me & adduxerunt ad te. Et dixi: Domine, vocaui te, & desideraui frui te, paratus omnia respuere propter te. Tu enim prior excitasti me, vt quærerem te. Sis ergo benedictus Domine, qui fecisti hanc bonitatem cum seruo tuo, secundùm multitudinem misericordiæ tuæ.

6. Quid habet vltra dicere seruus tuus coram te, nisi vt humiliet se valde ante te, memor semper propriæ iniquitatis & vilitatis? Non enim est similis tui, in cunctis mirabilib s cæli & terræ. Sunt opera tua bona valde, iudicia vera, & prouidentia tua reguntur vniuersa. Laus ergò tibi & gloria, ô patris sapientia: te laudet, & benedicat os meum, anima mea, & cuncta creata simul.

CAP. XXII.

De recordatione multiplicium beneficorum Dei.

1. APeri Domine cor meum in lege tua, & in præceptis tuis doce me ambulare. Da mihi intelligere voluntatem tuam, & cum magna reuerentia ac diligenti consideratione, beneficia tua, tam in generali quàm in speciali memorari: vt dignè tibi ex hinc, valeam gratias refe-

ε΄. Ζητήσειαν ἄλλοι ἄλλο ἀντὶ σοῦ, ὅ,τι οὖν ἂν δόξῃ· ἐμοὶ μεταξὺ μηδὲν ἄλλο οὐκ ἀρέσκει, οὐδ᾽ ἀρέσῃ, εἰ μὴ σὺ ὁ Θεός μου, ἐλπίς μου, σωτηρία αἰώνιος. οὐ σιωπήσω, οὐδὲ λήξω δεόμενος, ἕως ἂν ἡ χάρις σου ἀναστρέψῃ, καὶ σὺ ἔσω μοι λαλήσῃς· ἰδοὺ πάρειμι, ἰδοὺ ἐγὼ παρὰ σοί, ὅτι ἐπεκάλεσάς με. τὰ δάκρυά σου, καὶ ἡ ἐπιπόθησις τῆς ψυχῆς σου, ἡ ταπείνωσίς σου καὶ ἡ σύντριψις τῆς καρδίας ἐξέκλινόν με, καὶ προσήγαγόν σοι. καὶ εἶπα· κύριε, ἐκάλεσά σε, καὶ ἐπεθύμησα ἀπολαύειν σου, ἕτοιμος ὢν πάντα διὰ σὲ ἀποπτύειν. σὺ γὰρ πρότερον ἐμὲ ἐξήγειρας, ὅπως σε ζητήσω. εὐλογήθητι οὖν, κύριε, ὁ ταύτην τὴν χρηστότητα ποιήσας μετὰ τοῦ δούλου σου κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου.

ϛ΄. Τί ἔχει ἔτι λέγειν ὁ δοῦλός σου ἐνώπιόν σου, εἰ μὴ ἵν᾽ ἀεὶ σφόδρα ταπεινώσῃ αὐτὸν ἔμπροσθέν σου, τῆς ἰδίας ἀνομίας καὶ εὐτελείας πάντοτε ἀναμνησθείς; οὐ γάρ ἐστιν ὅμοιός σοι, ἐν πᾶσι θαυμασίοις τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. τὰ ἔργα σου καλὰ λίαν ἐστί, τὰ κρίματα ἀληθῆ, καὶ τῇ προνοίᾳ σου διοικεῖται πάντα. αἶνος οὖν σοι καὶ δόξα, ὦ σοφία τοῦ πατρός. σὲ αἰνήσαι καὶ εὐλογήσαι στόμα μου, ἡ ψυχή μου, καὶ ἅμα πάντα κτισθέντα.

Κεφ. κϛ΄.

Περὶ τοῦ ἀναμνησθῆναι τῶν πολλαπλασίων εὐεργετημάτων τοῦ Θεοῦ.

α΄. ΑΝοιξον κύριε τὴν καρδίαν μου ἐν νόμῳ σου, καὶ ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου δίδαξόν με περιπατεῖν. δός μοι γνῶναι τὸ θέλημά σου, καὶ μετὰ μεγάλης ἐντροπῆς καὶ ἀκριβοῦς διασκέψεως, τῶν εὐεργετημάτων σου, γενικῶς καὶ εἰδικῶς ἀναμνησθῆναι, ἵν᾽ οἷός τε γένωμαι ὑπὲρ τούτων σοι ἀξίως

referre. Verùm ſcio & confiteor, nec pro minimo puncto, me poſſe debitas gratiarum laudes perſoluere. Minor ego ſum, omnibus bonis mihi præſtitis: & cùm tuam nobilitatem attendo, deficit præ magnitudine ſpiritus meus.

2. Omnia, quæ in anima habemus & corpore, & quæcunque exteriùs vel interiùs, naturaliter vel ſupernaturaliter poſſidemus, tua ſunt beneficia & te beneficum, pium ac bonum commendant, à quo bona cuncta accepimus. Etſi alius plura, alius pauciora accepit, omnia tamen tua ſunt: & ſine te, nec minimum poteſt haberi. Ille, qui maiora accepit, non poteſt merito ſuo gloriari, neque ſuper alios extolli, nec minori inſultare: quia ille maior & melior, qui ſibi minus adſcribit, & in regratiando humilior eſt, atque deuotior. Et qui omnibus viliorem ſe exiſtimat, & indigniorem ſe iudicat, aptior eſt ad percipienda maiora.

3. Qui autem pauciora accepit, contriſtari non debet, nec indignanter ferre, neque ditiori inuidere: ſed te potiùs attendere, & tuam bonitatem maximè laudare, quòd tam affluenter, tam gratis & libenter, ſine perſonarum acceptione tua munera largiris. Omnia ex te, & ideo in omnibus es laudandus. Tu ſcis, quid vnicuique donari expediat: & cur iſte minus, & ille amplius habeat, non noſtrum ſed tuum eſt hoc diſcernere, apud quem ſingulorum definita ſunt merita.

4. Vnde Domine Deus, pro magno etiam reputo beneficio, non multa habere, vnde exteriùs & ſecundùm homines, laus & gloria apparet: ita vt con-

εὐχαριστεῖ. οὐ μὴν ἀλλὰ γινώσκω καὶ ὁμολογῶ, οὐδὲ ὑπὲρ ἐλαχίστης στιγμῆς ὀφειλομένην χάριν ἔχειν δύνασθαι. ἐλάττων εἰμὶ πάντων ἀγαθῶν, ἅτινα ἐμὲ ἐποίησας, καὶ ἐν τῷ σκέπτεσθαί με τὸ ἀξίωμά σου, ἐκλείπει ὑπὸ τοῦ μεγέθους τὸ πνεῦμά μου.

β. Πάντα ἅπερ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι ἔχομεν, καὶ πάντα ὅσα ἔξω, ἢ ἔσω, φυσικῶς ἢ ὑπερφυσικῶς κτώμεθα, σὰ εὐεργετήματά ἐστι, καὶ εὐεργετικὸν, εὔσπλαγχνον, κἀγαθὸν ὄντα σε, ἐπαινοῦσι, παρ' οὗ πάντ' ἀγαθὰ ἐλάβομεν. εἰ καὶ ὁ μὲν πλείω, ὁ δ' ἐλάττω ἔλαβεν, ὅμως πάντα σά ἐστι, καὶ ἄνευ σοῦ οὐδ' ἐλάχιστον ἔχεσθαι δύναται. ὁ μείζω λαβὼν, οὐκ εἰκότως τῇ ἀξίᾳ αὐτοῦ καυχᾶσθαι δύναται, οὐδὲ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἐπαίρεσθαι, οὐδὲ τῷ ἐλάττονι ἐπιγελᾶν· ὅτι οὗτος μείζων καὶ βελτίων, ὃς ἧττον ἑαυτῷ ἀνατίθησι, καὶ ἐν τῷ εὐχαριστεῖν ταπεινότερος καὶ εὐλαβέστερός ἐστι. καὶ ὁ ἑαυτὸν πάντων εὐτελέστερον ἡγούμενος, καὶ ἀναξιότερον νομίζων, εἰς τὸ τὰ μείζω ἀπολαβεῖν ἑτοιμότερος ὑπάρχει.

γ. Ὁ δ' ἐλάττω ἀπολαβὼν, οὐ λυπεῖσθαι, οὐδὲ δυσχεραίνειν, οὐδὲ τῷ πλουσιωτέρῳ φθονεῖν, ἀλλά σοι μᾶλλον προσέχειν, καὶ τὴν χρηστότητά σου μάλιστα ἐπαινεῖν ὀφείλει, ὅτι οὕτως εὐπόρως, οὕτω δωρεὰν καὶ ἀσμένως καὶ ἀπροσωπολήπτως τὰ δῶρά σου χαρίζῃ. πάντα ἐκ σοῦ ἐστι, διόπερ ἐν πᾶσιν ἐπαινετὸς τυγχάνεις. σὺ οἶδας, τί ἂν ἑκάστῳ δίδοσθαι συμφέρῃ· καὶ διὰ τί ὁ μὲν ἧττον, ὁ δὲ μεῖζον ἔχῃ, οὐχ ἡμῶν, ἀλλὰ σοῦ ἐστι τοῦτο διαγινώσκειν, παρ' ᾧπερ αἱ ἀξίαι ἑκάστων ὡρίσθησαν.

δ. Διὰ τοῦτο, κύριε ὁ θεὸς, μεγάλην εὐεργεσίαν ἡγοῦμαι, οὐ πολλὰ ἔχειν, ἐξ ὧν ἔξω καὶ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους ὁ ἔπαινος καὶ ἡ δόξα φαίνεται· ὥστε τὴν

vt considerata quis paupertate & vilitate personæ suæ, non modò nullam grauitatem, aut tristitiam, vel deiectionem inde concipiat, sed potiùs consolationem & hilaritatem magnam: quia tu Deus pauperes & humiles, atque huic mundo despectos, tibi elegisti in familiares & domesticos. Testes sunt ipsi Apostoli tui, quos principes super omnem terram constituisti. Fuerunt tamen sine querela conuersati in mundo tam humiles & simplices, sine omni malitia & dolo, vt etiam pati contumelias gauderent pro nomine tuo: & quæ mundus abhorret, ipsi amplecterentur affectu magno.

5. Nihil ergo amatorem tuum, & cognitorem beneficiorum tuorum, ita lætificare debet, sicut voluntas tua in eo, & beneplacitum æternæ dispositionis tuæ: de qua tantum contentari debet & consolari, vt ita libenter velit esse minimus, sicut aliquis optaret esse maximus: & ita pacificus & contentus in nouissimo, sicut in loco primo: atque ita libenter despicabilis & abiectus, nullius quoque nominis & famæ, sicut cæteris honorabilior & maior in mundo. Nam voluntas tua, & amor honoris tui, omnia excedere debet; & plùs eum consolari, magisque placere, quàm omnia beneficia sibi data vel danda.

CAP. XXIII.

De quatuor magnam importantibus pacem.

1. FIli, nunc docebo te viam pacis & veræ libertatis. Fac Domine, quod

πενίαν καὶ εὐτέλειαν ἰδίαν τις σκεψάμενος μὴ μόνον οὐδεμίαν βαρύτητα, ἢ λύπην, ἢ ἀθυμίαν ἐκεῖθεν συλλαμβάνει, ἀλλὰ μᾶλλον παραμυθίαν καὶ μεγάλην ἱλαρότητα· ὅτι σὺ ὁ θεὸς τοὺς πένητας καὶ ταπεινοὺς, καὶ τοὺς τούτῳ τῷ κόσμῳ καταφρονήτους εἰς συνήθεις καὶ οἰκείους σοι ἐξελέξω. τοῦτο αὐτοὶ ἀπόστολοί σου μαρτυροῦσιν, οὓς ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἄρχοντας κατέστησας. ἀλλ᾽ ὅμως ἄμεμπτοι ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ ἀνεστράφησαν, οὕτω ταπεινοὶ καὶ ἁπλοῖ, ἄκακοί τε καὶ ἄδολοι ὄντες, ὥστε καὶ ἐπὶ τῷ ἀτιμασθῆναι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός σου, χαίρειν, καὶ ἅτινα ὁ κόσμος μυσάττεται, αὐτοὺς σὺν μεγάλῃ ἐπιθυμίᾳ ἀποδέξασθαι.

ε. Μηδὲν οὖν τὸν φιλητήν σου καὶ γνώστην τῶν εὐεργεσιῶν σου οὕτως εὐφραίνειν δεῖ, ὥσπερ τὸ θέλημά σου τὸ ἐν αὐτῷ, καὶ ἡ εὐδοκία τῆς αἰωνίου διατάξεώς σου· ἥτινι τοσοῦτον στέργειν καὶ παρακαλεῖσθαι ὀφείλει, ἵν᾽ οὕτως ἀσμένως βουληθῇ εἶναι ἐλάχιστος, ὡς ἄλλος ἂν εὔξαιτο εἶναι μέγιστος, καὶ οὕτως εἰρηνεύσῃ καὶ ἀγαπήσῃ τῷ ἐσχάτῳ τόπῳ, ὡς τῷ πρώτῳ· καὶ οὕτως ἡδέως παροραθεὶς καὶ καταβεβλημένος, ἀκλεής τε καὶ ἄφημος, ὡς τῶν ἄλλων ἐντιμότερος καὶ μείζων ἐν τῷ κόσμῳ. τὸ γὰρ θέλημά σου, καὶ ἡ ἀγάπη τῆς τιμῆς σου πάντα ὑπεραίρειν ὀφείλει, καὶ μᾶλλον παραμυθεῖσθαι αὐτὸν καὶ περισσῶς ἀρέσκειν, ἢ πάντα εὐεργετήματα αὐτῷ δοθέντα, ἢ δοθησόμενα.

Κεφ. κγ΄.

Περὶ τεσσάρων τῶν μεγάλην εἰρήνην παρεχόντων.

α. ΤΕκνον, νυνὶ τὴν τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἀληθινῆς ἐλευθερίας ὁδόν σε διδάξω. ποίησον κύριε ὃ λέγεις.

quod dicis, quia hoc mihi gratum est audire. Stude fili, alterius potiùs facere voluntatem, quàm tuam. Elige semper minus, quàm plus habere. Quære semper inferiorem locum, & omnibus subesse. Opta semper & ora, vt voluntas Dei integrè in te fiat. Ecce talis homo, ingreditur fines pacis & quietis.

2. Domine, sermo tuus iste breuis, multum in se continet perfectionis. Paruus est dictu, sed plenus sensu, & vber in fructu. Nam si posset à me fideliter custodiri, non deberet tam facilis in me turbatio oriri. Nam quotiens me impacatum sentio & grauatum, ab hac doctrina me recessisse inuenio. Sed tu, qui omnia potes, & animæ profectum semper diligis, adauge maiorem gratiam: vt possim tuum complere sermonem, & meam perficere salutem.

Oratio, contra cogitationes malas.

3. DOmine DEVS meus, ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice: quoniam insurrexerunt in me variæ cogitationes, & timores magni, affligentes animam meam. Quomodo pertransibo illæsus? Quomodo perfringam eas? Ego, inquit, ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo. Aperiam ianuas carceris, & arcana secretorum reuelabo tibi. Fac Domine, vt loqueris: & fugiant à facie tua, omnes iniquæ cogitationes. Hæc spes, & vnica consolatio mea, ad te in omni tribulatione confugere, tibi confidere, te ex intimo inuocare, & patienter consolationem tuam expectare.

Oratio

ἐπὶ τούτου ἀκούειν εὐπρόσδεκτόν μοι ἐστί. σπούδαζε τέκνον, ὅπως μᾶλλον ποιήσῃς τὸ θέλημα τοῦ ἄλλου, ἢ τὸ σοῦ. μᾶλλον αἰεὶ προαιροῦ ἧττον, ἢ πλεῖον ἔχειν. ζήτει αἰεὶ τὸν κατώτερον τόπον, καὶ πᾶσιν ὑποτάττεσθαι. εὔχου αἰεὶ καὶ δέου, τὸ τοῦ θεοῦ θέλημα ὅλως ἐν σοὶ γίνεσθαι. ἰδοὺ τοιοῦτος ἄνθρωπος εἰς τὰ τῆς εἰρήνης καὶ ἀναπαύσεως ὅρια εἰσέρχεται.

ϛ. Κύριε, οὗτος ὁ λόγος σου βραχὺς ὢν πολλὴν τελειότητα συνέχει. μικρὸς μέν ἐστι τὴν λέξιν, πλήρης δὲ τὴν νόησιν, καὶ πολύκαρπος. εἰ γὰρ ὑπ᾽ ἐμοῦ πιστῶς τηρεῖσθαι ἠδύνατο, οὐκ ἂν ἔδει οὕτω ῥᾳδίως ταραχὴν μοι γίνεσθαι. ὁσάκις γὰρ ὀχλούμενος καὶ βαρυνόμενος αἰσθάνομαι, ταύτης τῆς διδαχῆς με ἀπελθεῖν γινώσκω. ἀλλὰ σύ, ὁ πάντα ἰσχύων, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπίδοσιν πάντοτε ἀγαπῶν, τὴν χάριν μᾶλλον αὔξησον, ἵνα τὸν λόγον σου πληρῶσαι, καὶ τὴν σωτηρίαν μου ἐπιτελέσαι δυνηθῶ.

Εὐχὴ κατὰ τῶν κακῶν διανοιῶν.

γ. Κύριε ὁ θεός μου, μὴ μακρύνῃς ἀπ᾽ ἐμοῦ· ὁ θεός μου εἰς τὴν βοήθειάν μου ἀπόβλεψον· ὅτι ἐπανέστησαν ἐπ᾽ ἐμὲ ποικίλαι διάνοιαι καὶ μεγάλοι φόβοι, ἐκθλίβοντες τὴν ψυχήν μου. πῶς διελεύσομαι ἀβλαβής; πῶς αὐτοὺς διαρρήξω; ἐγώ, φησιν, ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ τοὺς ἐνδόξους τῆς γῆς ταπεινώσω. ἀνοίξω τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, καὶ τὰ ἀπόρρητα τῶν μυστηρίων ἀποκαλύψω σοι. ποίησον κύριε, ὡς λαλεῖς, καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ προσώπου σου πᾶσαι ἄνομοι διάνοιαι. αὕτη ἡ ἐλπίς, καὶ μία παραμυθία μου, πρός σε ἐν πάσῃ θλίψει καταφεύγειν, σοὶ πεποιθέναι, σὲ ἐκ καρδίας ἐπικαλεῖν, καὶ ὑπομενητικῶς τὴν παραμυθίαν σου προσδοκᾶν.

Oratio pro illuminatione mentis.

4. CLarifica me, bone IESV, claritate interni luminis: & educ de habitaculo cordis mei, tenebras vniuersas. Cohibe euagationes multas, & vim facientes elide tentationes. Pugna fortiter pro me, & expugna malas bestias, concupiscentias dico illecebrosas: vt fiat pax in virtute tua, & abundantia laudis tuæ resonet in aula sancta, hoc est, in conscientia pura. Impera ventis & tempestatibus: dic mari, quiesce: & Aquiloni, ne flaueris; & erit tranquillitas magna.

5. Emitte lucem tuam & veritatem, vt luceant super terram: quia terra sum inanis & vacua, donec illumines me. Effunde gratiam desuper: perfunde cor meum rore cælesti: ministra deuotionis aquas, ad irrigandum faciem terræ, ad producendum fructum bonum & optimum. Eleua mentem pressam mole peccatorum, & ad cælestia totum desiderium meum suspende: vt gustata suauitate supernæ felicitatis, pigeat de terrenis cogitare.

6. Rape me & eripe ab omni creaturarum indurabili consolatione: quia nulla res creata, appetitum meum valet plenariè quietare & consolari. Iunge me tibi, inseparabili dilectionis vinculo: quoniam tu solus sufficis amanti, & absque te friuola sunt vniuersa.

CAP. XXIIII.

De euitatione curiosæ inquisitionis, super alterius vita.

δ΄. Λάμπρυνόν με ὦ ἀγαθὲ Ἰησοῦ, λαμπρότητι τοῦ ἔσω φωτὸς, καὶ ἔκβαλλε ἐκ τοῦ οἰκήματος τῆς καρδίας μου πᾶν τὸ σκότος. κάτεχε τὰς πολλὰς παρεκβάσεις, καὶ ἐξέλαυνε τοὺς βιάζοντας πειρασμούς. ἰσχυρῶς ὑπερμάχου μου, καὶ πολέμει τὰ κακὰ θηρία, ἐπιθυμίας λέγω δελεαστικὰς, ὅπως ἡ εἰρήνη γένηται ἐν τῇ δυνάμει σου, καὶ ἡ εὐθηνία τοῦ ἐπαίνου σου ἠχῇ ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐλῇ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. ἐπιτίμα τοῖς ἀνέμοις, καὶ τοῖς χειμῶσι· λέγε τῇ θαλάσσῃ, ἀναπαύου, καὶ τῷ βορέᾳ, μὴ πνέῃς, καὶ ἔσται μεγάλη γαλήνη.

έ. Ἐξαπόστελλε τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειαν, τοῦ λάμπειν ἐπὶ τῆς γῆς· ὅτι ἐγώ εἰμι γῆ κενὴ καὶ ἀργὴ, ἕως ἂν φωτίσῃς με. ἔκχεε ἄνωθεν τὴν χάριν· διάχεε τὴν καρδίαν μου τῇ ἐπουρανίῳ δρόσῳ· πάρεχε τὰ τῆς εὐλαβείας ὕδατα, εἰς τὸ καταβρέχειν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, καὶ εἰς τὸ καλῶς καὶ ἀγαθῶς καρποφορεῖν. ἆρον τὴν διάνοιαν τῷ τῶν ἁμαρτιῶν βάρει πιεσθεῖσαν, καὶ ὅλον πόθον μου εἰς τὰ οὐράνια ὕψωσον, ὥστε τῆς ἡδύτητος τῆς ἄνω μακαριότητος γευσάμενος κατοκνήσῃ περὶ τῶν τῆς γῆς ἐννοεῖν.

ϛ΄. Ἅρπασον καὶ ἐξελοῦ με ἀπὸ πάσης ἀσταθοῦς παραμυθίας τῶν κτίσεων· ὅτι οὐδὲν κτίσμα τὴν ὄρεξίν μου ἐκπλέως κορεῖν καὶ παρακαλεῖν δύναται. σύναψον ἐμέ σοι ἀχωρίστῳ δεσμῷ τῆς ἀγάπης, ὅτι σὺ μόνος ἀρκεῖς τῷ ἀγαπῶντι, καὶ χωρὶς σοῦ πάντα φλυαρά ἐστι.

Κεφ. κδ΄.

Περὶ τοῦ διαφεύγειν τὴν περίεργον ἐξέτασιν τοῦ βίου τοῦ ἄλλου.

ά. Τέκνον,

1. Filli, noli esse curiosus, nec vacuas gere sollicitudines. Quid hoc vel illud ad te? tu me sequere. Quid enim ad te, vtrum ille sit talis vel talis; aut iste sic & sic agit vel loquitur? Tu non indiges respondere pro alijs, sed pro teipso rationem reddes. Quid ergo te implicas? Ecce, ego omnes cognosco: & cuncta, quæ sub sole fiunt, video: & scio, qualiter cum vnoquoque sit, quid cogitet, quid velit, & ad quem finem tendat eius intentio. Mihi igitur omnia committenda sunt: tu verò serua te in bona pace, & dimitte agitantem agitare, quantum voluerit. Veniet super eum, quicquid fecerit vel dixerit, quia me fallere non potest.

2. Non sit tibi curæ de magni nominis vmbra, non de multorum familiaritate, nec de priuata hominum dilectione. Ista enim generant distractiones, & magnas in corde obscuritates. Libenter loquerer tibi verbum meum, & abscondita reuelarem, si aduentum meum diligenter obseruares, & ostium cordis mihi aperires. Esto prouidus, & vigila in orationibus, & humilia te in omnibus.

CAP. XXV.

In quibus firma pax cordis, & verus profectus consistit.

1. Fili, ego loquutus sum: Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Pacem omnes desiderant, sed quæ ad veram pacem pertinent, non omnes curant. Pax mea, cum humilibus & mansuetis corde. Pax tua erit in multa patien-

α. Τέκνον, μὴ πολυπραγμόνει, μηδὲ ματαίως φρόντιζε. τί τοῦτο ἢ ἐκεῖνο πρός σε; σὺ ἀκολούθει μοι· τί γὰρ πρός σε, πότερον ἐκεῖνος τοιοῦτος, ἢ τοιοῦτός ἐστιν· ἢ οὗτος οὕτω καὶ οὕτω πράττει, ἢ λαλεῖ; οὐ χρή σε ὑπὲρ ἄλλων ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ περὶ σεαυτοῦ τὸν λόγον ἀποδώσεις. διὰ τί οὖν ἐμπλέκῃ; ἰδού, ἐγὼ πάντας γινώσκω, καὶ πάντα τὰ ὑπὸ τὸν ἥλιον γινόμενα βλέπω· καὶ οἶδα πῶς ἕκαστος ἔχει, τί ἐννοεῖ, τί βούλεται, καὶ εἰς τί ἡ προαίρεσις αὐτοῦ συντείνει. διὸ πάντα δεῖ σε ἐπιτρέπειν μοι· σὺ δὲ καλῶς εἰρήνευε, καὶ ἔα τὸν πολυπραγμονοῦντα πράττειν, ὅσον ἂν ἐθελήσῃ. ἐπελεύσεται αὐτῷ πᾶν ὅ,τι ἂν ποιήσῃ ἢ λέξῃ, ὅτι ἐμὲ ἐξαπατᾷν οὐ δύναται.

β. Μὴ μελέτω σοι τῆς σκιᾶς τῆς ἐνδοξίας, μηδὲ τῆς τῶν πολλῶν οἰκειότητος, μηδὲ τῆς ἰδίας ἀγάπης τῶν ἀνθρώπων. ταῦτα γὰρ περισπασμούς, καὶ μεγάλους σκοτασμοὺς τῇ καρδίᾳ ἐμποιεῖ. ἀσμένως ἂν ἐλάλουν σοι τὸν λόγον μου, καὶ τὰ κεκρυμμένα ἀπεκάλυπτον, εἰ τὴν ἄφιξίν μου ἐπιμελῶς ἐτήρεις, καὶ τὴν θύραν τῆς καρδίας μοι ἤνοιγες. ἔσο προνοῦς, καὶ γρηγόρει ἐν ταῖς προσευχαῖς, καὶ ἐν πᾶσι ταπεινώθητι.

Κεφ. κε.

Ἐν τίσι βεβαία εἰρήνη τῆς καρδίας, καὶ ἡ ἀληθινὴ ἐπίδοσις κεῖται.

α. Τέκνον, ἐγὼ ἐλάλησα· εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν, ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν. τὴν μὲν εἰρήνην πάντες ἐπιποθοῦσι, τῶν δὲ πρὸς τὴν ἀληθινὴν εἰρήνην φερόντων οὐ πάντες ἐπιμελοῦνται. ἡ εἰρήνη μου μετὰ τῶν ταπεινῶν καὶ πρᾴων τῇ καρδίᾳ. ἡ εἰρήνη σου ἔσται ἐν τῇ πολλῇ

patientia. Si me audieris, & vocem meam sequutus fueris, poteris multa pace frui. Quid igitur faciam? In omni re attende tibi, quid facias, & quid dicas: & omnem intentionem tuam ad hoc dirige, vt mihi soli placeas, & extra me nihil cupias vel quæras. Sed & de aliorum dictis vel factis, nil temere iudices: nec cum rebus, tibi non commissis, te implices; & poterit fieri, vt parum vel rarò turberis.

2. Nunquam autem sentire aliquam turbationem, nec aliquam pati cordis vel corporis molestiam, non est præsentis temporis, sed status æternæ quietis. Non ergo existimes te veram pacem inuenisse, si nullam senseris grauitatem: nec tunc totum esse bonum, si neminem pateris aduersarium: nec hoc esse perfectum, si cuncta fiunt secundùm tuum affectum. Neque tunc aliquid magni te reputes, aut specialiter dilectum æstimes, si in magna fueris deuotione atque dulcedine: quia in istis, non cognoscitur verus amator virtutis: nec in istis, consistit profectus & perfectio hominis.

4. In quo ergo Domine? In offerendo te ex toto corde tuo voluntati diuinæ, non quærendo quæ tua sunt, nec in paruo, nec in magno, nec in tempore, nec in æternitate: ita vt vna æquali facie, in gratiarum actione permaneas, inter prospera & contraria, omnia æqua lance pensando. Si fueris tam fortis & longanimis in spe, vt subtracta interiori consolatione, etiam ad ampliora sustinenda cor tuum præparaueris, nec te iustificaueris, quasi hæc, tantaq; pati non deberes:

ὑπομονῇ. ἐὰν μου ἀκούσῃς, καὶ τῇ φωνῇ μου ἀκολουθήσῃς, πολλῆς εἰρήνης ἀπολαύειν δυνήσῃ. τί οὖν ποιήσω; ἐν πᾶσιν ἔπεχέ σοι, τί ἂν ποιήσῃς, καὶ τί λέξῃς· καὶ πᾶσαν τὴν προαίρεσίν σου πρὸς τοῦτο κατεύθυνε, ἵνα μόνῳ μοι ἀρέσῃς, καὶ ἔξω μου μηδὲν ποθήσῃς ἢ ζητήσῃς. ἔτι δὲ τοὺς λόγους, ἢ τὰ ἔργα τῶν ἄλλων μὴ εἰκῇ κρῖνε, μηδ' εἰς τὰ πράγματα, ἅπερ οὐκ ἐπιστεύθης, ἐμπλέχθητι· καὶ ἐνδέξεται, μικρὸν ἢ σπανίως σε διαταράττεσθαι.

β'. Μηδενὸς δὲ ταραγμοῦ πώποτε αἰσθάνεσθαι, καὶ μηδεμίαν λύπην τῆς καρδίας, ἢ τοῦ σώματος πάσχειν, οὐ τοῦ παρόντος χρόνου, ἀλλὰ τῆς καταστάσεως τῆς αἰωνίου ἀναπαύσεώς ἐστι. μὴ οὖν νόμιζε τὴν ἀληθινὴν εἰρήνην εὑρεῖν, εἰ μηδεμιᾶς βαρύτητος αἰσθάνῃ· μηδὲ τότε πάντα καλῶς ἔχειν, εἰ μηδένα ἀντίδικον πάσχεις· μηδὲ ταύτην εἶναι τελειότητα, εἰ πάντα κατὰ τὴν γνώμην σου γίνεται. μηδὲ τότε μέγα φρόνει, ἢ ἰδίως ἀγαπητὸν εἶναι ἡγοῦ, εἰ μεγάλης εὐλαβείας καὶ ἡδύτητος ἀπολαύεις· ὅτι ἐν τούτοις οὐ γινώσκεται ὁ ἀληθῶς ὢν φιλάρετος· οὐδ' ἐν τούτοις ἡ προκοπὴ καὶ τελειότης τοῦ ἀνθρώπου κρέμαται.

γ'. Ἐν τίνι οὖν, κύριε; ἐν τῷ προσφέρειν σε τῇ θείᾳ βουλήσει ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, οὐ ζητοῦντα τὰ σά, οὐδ' ἐν μικρῷ, οὐδ' ἐν μεγάλῳ, οὐδ' ἐν χρόνῳ, οὐδ' ἐν αἰδιότητι· ὥστε ἐν τῇ τε εὐτυχίᾳ καὶ τῇ ἀτυχίᾳ ἰσοπροσωπικῶς εὐχαριστοῦντα διατελεῖν, καὶ πάντα ἰσορρόπως σταθμᾶσθαι. εἰ ἔσῃ οὕτως ἀνδρεῖος καὶ μακρόθυμος ἐν τῇ ἐλπίδι, ἵνα, τῆς ἔσω παρακλήσεως ἀφαιρεθείσης, καὶ εἰς τὸ δεινότερα παθεῖν τὴν καρδίαν σου ἑτοιμάσῃς, οὐδὲ σεαυτόν, ὡς ταῦτα καὶ τοιαῦτα ὑπομένειν οὐκ ὀφείλοντα

δικαιώ-

deberes: ſed me in omnibus diſpoſitionibus iuſtificaueris, & ſanctum laudaueris: tunc in vera & recta via pacis ambulas; & ſpes indubitata erit, quòd rurſus in iubilo faciem meam ſis viſurus. Quòd ſi ad plenum tuiipſius contemptum perueneris, ſcito quòd tunc abundantia pacis perfrueris, ſecundùm poſſibilitatem tui incolatus.

Cap. XXVI.

De eminentia liberæ mentis, quam ſupplex oratio magis meretur, quàm lectio.

1. DOmine, hoc opus eſt perfecti viri, nunquam ab intentione cæleſtium animum relaxare: & inter multas curas, quaſi ſine cura tranſire: non more torpentis, ſed prærogatiua quadam liberæ mentis, nulli creaturæ inordinata affectione adhærendo.

2. Obſecro te, pijſſime Deus meus, præſerua me à curis huius vitæ, ne nimis implicer: à multis neceſſitatibus corporis, ne voluptate capiar: ab vniuerſis animæ obſtaculis, ne moleſtijs fractus, deijciar. Non dico ab his rebus, quas toto affectu ambit vanitas mundana: ſed ab his miſerijs, quæ animam ſerui tui, communi maledicto mortalitatis, pœnaliter grauant & retardant: ne in libertatem ſpiritus, quotiens libuerit, valeat introire.

3. O Deus meus, dulcedo ineffabilis, verte mihi in amaritudinem omnem conſolationem carnalem, ab æternorum amore me adſtrahentem: & ad ſe, intuitu cuiuſdā boni delectabilis præſentis,

δικαιώσῃς, ἀλλ᾽ ἐν πάσαις διαθέσεσιν ἐμὲ δικαιώσῃς, καὶ ἅγιον εὐλογήσῃς· τότε ἐν τῇ ἀληθινῇ καὶ εὐθείᾳ ὁδῷ τῆς εἰρήνης πορεύῃ, καὶ ἀναμφισβήτητος ἐλπὶς ἔσται, τὸ πρόσωπόν μου πάλιν ἐν ἀλαλαγμῷ σε βλέψειν. ἐὰν δ᾽ εἰς τὴν τελείαν καταφρόνησιν σεαυτοῦ ἔλθῃς, γίνωσκε, ὅτι τότε τὴν ἄφθονον εἰρήνην καρπώσῃ, καθ᾽ ὅσον γε οἷόν τ᾽ ἐν τῇ παροικίᾳ σου. Κεφ. κϛ΄.

Περὶ τῆς ὑπεροχῆς τοῦ νοῦ ἐλευθέρου, ἧς ἡ ἱκετικὴ προσευχὴ μᾶλλον ἀξιοῦται, ἢ ἡ ἀνάγνωσις.

α΄. Κύριε, τόδε τὸ ἔργον τοῦ ἀνδρὸς τελείου ἐστὶ, μηδέποτε τὸν νοῦν ἀπὸ σκοποῦ τῶν οὐρανίων χαλάσαι, καὶ μεταξὺ πολλῶν φροντίδων ὡς ἀφρόντιδα διελθεῖν, οὐ μὲν τοῦ ὀκνοῦντος δίκην, ἀλλὰ προνομίᾳ τινὶ τῆς ἐλευθέρας διανοίας, τῷ μηδεμιᾷ κτίσει ἀτάκτως συναφθῆναι.

β΄. Ἀξιῶ σε, ἠπιώτατε Θεός μου, φύλαξόν με ἀπὸ τῶν μεριμνῶν τούτου τοῦ βίου, ἵνα μὴ ἄγαν ἐμπλεχθῶ· ἀπὸ πολλῶν ἀναγκῶν τοῦ σώματος, ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν ἡδονῶν ληφθῶ· ἀπὸ πάντων τῶν ψυχῆς ἐμποδισμάτων, ἵνα μὴ ἡττηθεὶς τῶν λυπῶν καταβληθῶ. οὐ λέγω ἀπὸ τούτων, ὧν ἡ ματαιότης κοσμικὴ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς ἐπιθυμεῖ, ἀλλ᾽ ἀπὸ τούτων τῶν ἀθλιοτήτων, αἵπερ τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, κοινῇ κατάρᾳ τοῦ θνητοῦ, ποινίμως βαρύνουσι καὶ ἐπέχουσιν, ἵνα μὴ εἰς τὴν ἐλευθερίαν τοῦ πνεύματος, ὁσάκις βούλεται, εἰσελθεῖν δυνηθῇ.

γ΄. Ὦ Θεέ μου, ἡδύτης ἀπόρρητε, μεταποίει μοι εἰς πικρότητα, πᾶσαν παραμυθίαν σαρκικὴν τὴν ἀπὸ τῆς ἀγάπης τῶν αἰωνίων με ἀφελκύουσαν, καὶ τῷ ἀγαθοῦ τινος τερπνοῦ παρόντος προσχήματι, πρὸς ἑαυτὴν ἐμὲ κακῶς ἐπαγο-

malè allicientem. Non me vincat, Deus meus, non me vincat caro & ſanguis: non me decipiat mundus, & breuis gloria eius: non me ſupplantet diabolus, & aſtutia illius. Da mihi fortitudinem reſiſtendi, patientiam tolerandi, conſtantiam perſeuerandi. Da pro omnibus mundi conſolationibus, ſuauiſſimam ſpiritus tui vnctionem: & pro carnali amore, tui nominis infunde amorem.

4. Ecce cibus, potus, veſtis, ac cætera vtenſilia, ad corporis ſuſtentaculum pertinentia, feruenti ſpiritui ſunt oneroſa. Tribue talibus fomentis temperatè vti, non deſiderio nimio implicari. Abijcere omnia non licet, quia natura ſuſtentanda eſt: requirere autem ſuperflua, & quæ magis delectant, lex ſancta prohibet: nam aliâs, caro aduerſus ſpiritum inſoleſceret. Inter hæc, quæſo, manus tua me regat & doceat, ne quid nimium fiat.

Cap. XXVII.

Quòd priuatus amor, à ſummo bono maximè retardat.

1. Fili, oportet te dare totum pro toto, & nihil tuiipſius eſſe. Scito, quòd amor tuiipſius, magis nocet tibi, quàm aliqua res mundi. Secundùm amorem & affectum, quem geris, quælibet res plùs vel minùs adhæret. Si fuerit amor tuus purus, ſimplex & bene ordinatus, eris ſine captiuitate rerum. Noli concupiſcere, quod non licet habere. Noli habere, quod te poteſt impedire, & liber-

ἐπαγομένην. μὴ περιγένωνταί μου, ὦ θεέ μου, μὴ περιγένωνταί μου ἡ σάρξ καὶ τὸ αἷμα· μὴ ἀπατήσῃ με ὁ κόσμος, καὶ ἡ βραχεῖα δόξα αὐτοῦ· μὴ ὑποσκελίσῃ με ὁ διάβολος, καὶ ἡ πανουργία αὐτοῦ. δός μοι τὴν δύναμιν τοῦ ἀντιστατεῖν, τὴν ὑπομονὴν τοῦ πάσχειν· τὴν εὐστάθειαν τοῦ διαμένειν. χάρισαι ἀντὶ πασῶν παρακλήσεων τοῦ κόσμου, τὴν ἡδυτάτην χρίσιν τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀντὶ τῆς ἀγάπης τῆς σαρκικῆς, ἔγχεε τὴν ἀγάπην τοῦ ὀνόματός σου.

δ. Ἰδοὺ ἡ βρῶσις, ἡ πόσις, τὸ ἀμφίεσμα, καὶ τἄλλα σκευάρια τὰ πρὸς τὴν τοῦ σώματος τροφὴν συντείνοντα, τῷ ζέοντι πνεύματι φορτικά ἐστι. παράσχου τούτοις τοῖς ἐφοδίοις μετρίως χρῆσθαι, οὐ τῇ ἄγαν ἐπιθυμίᾳ ἐμπλέκεσθαι. ἀποβάλλειν μὲν ἅπαντα οὐκ ἔξεστιν, ὅτι δεῖ τὴν φύσιν τρέφειν· τὰ δὲ περισσὰ καὶ τὰ μᾶλλον τέρποντα ἐπιζητεῖν, ὁ ἅγιος νόμος κωλύει· ἄλλως γὰρ ἂν ἡ σάρξ πρὸς τὸ πνεῦμα ἀνθίσατο. μεταξὺ τούτων, δέομαι, ἡ χείρ σου ποιμενέτω καὶ δι με, τοῦ μήτι τοῦ ἄγαν γίνεσθαι.

Κεφ. κζ.

Ὅτι ἡ φιλαυτία τοῦ μεγίστου ἀγαθοῦ ἡμᾶς μάλιστα ἐμποδίζει.

α. Τέκνον, δεῖ σε τὸ ὅλον διδόναι ἀντὶ τοῦ ὅλου, καὶ μηδὲν σεαυτοῦ εἶναι. ἴσθι, ὅτι ἡ φιλαυτία, μᾶλλον βλάπτει σε, ἤ τι τοῦ κόσμου. κατὰ τὴν ἀγάπην καὶ πάθος, ᾧ κατέχῃ, πᾶν πρᾶγμα πλέον ἢ ἔλαττον συνάπτει. ἐὰν ἡ ἀγάπη σου καθαρά, ἁπλῆ, καὶ εὔτακτος ᾖ, ἄνευ αἰχμαλωσίας τῶν πραγμάτων ἔσῃ. μὴ ἐπιπόθει, ὅπερ ἔχειν οὐκ ἔξεστι. μὴ ἔχε, ὅ, τι σε ἐμποδίζειν

καὶ τὰς

& libertate interiori priuare. Mirum, quòd non ex toto fundo cordis, teipsum mihi committis, cum omnibus quæ desiderare potes vel habere.

2. Quare vano mærore consumeris? Cur superfluis curis fatigaris? Sta ad beneplacitum meum, & nullum patieris detrimentum. Si quæris hoc vel illud, & volueris esse ibi vel ibi, propter tuum commodum, & proprium beneplacitum magis habendum: nunquam eris in quietudine, nec liber à sollicitudine, quia in omni re, reperietur aliquis defectus: & in omni loco erit, qui aduersetur.

3. Iuuat igitur, non quælibet res adepta, vel multiplicata exterius: sed potiùs contempta, & decisa ex corde radicitùs. Quod non tantùm de censu æris & diuitiarum intelligas, sed de honoris etiam ambitu, ac vanæ laudationis desiderio, quæ omnia transeunt cum mundo. Munit parum locus, si deest spiritus feruoris: nec diu stabit pax illa quæsita forinsecus, si vacat à vero fundamento status cordis, hoc est, nisi steteris in me; permutare te potes, sed non meliorare. Nam occasione orta & accepta, inuenies quod fugisti, & amplius.

Oratio pro purgatione cordis, & cælesti sapientia.

1. CONfirma me Deus, per gratiam sancti spiritus. Da virtutem corroborari in interiori homine, & cor meum ab omni inutili sollicitudine, & angore euacuare, nec varijs desiderijs trahi cuiuscunque rei vilis aut pretiosæ: sed omnia inspicere sicut transeuntia,

& me

καὶ τῆς ἔσω ἐλευθερίας ἀποστερεῖν δύναται. θαῦμά ἐστιν, ὅτι ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου σεαυτόν μοι οὐκ ἐπιτρέπεις μετὰ πάντων, ἃ ἐπιποθεῖν, ἢ ἔχειν δύνῃ.

β'. Διὰ τί ματαίᾳ λύπῃ καταφθείρῃ; διὰ τί ταῖς περιτταῖς φροντίσι καταπονῇ; στέργε τῇ εὐδοκίᾳ μου, καὶ οὐδὲν ζημιωθήσῃ. εἰ τοῦτο ἢ ἐκεῖνο ζητεῖς, καὶ διὰ τὸ τὴν ὠφέλειάν σου, καὶ τὴν ἰδίαν εὐδοκίαν μᾶλλον καρποῦσθαι, θελήσῃς ἐκεῖ ἢ ἐκεῖ εἶναι, μηδέποτε εἰρηνεύσεις, μηδὲ τῆς μερίμνης ἀπαλλαγήσῃ, ὅτι ἐν πᾶσιν ἔλλειψίς τις εὑρεθήσεται, καὶ πανταχοῦ ἐναντιούμενός τις ἔσται.

γ'. Ὠφελεῖ τοίνυν οὐ πᾶν πορισθὲν, ἢ ἔξω πολλαπλασιασθὲν, ἀλλὰ μᾶλλον καταφρονηθὲν, καὶ ἐκ τῆς καρδίας ἀποῤῥιζωθέν. ὅπερ μὴ μόνον περὶ τῆς προσόδου, καὶ τῶν χρημάτων, καὶ τοῦ πλούτου δεῖ κατανοεῖν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς φιλοτιμίας καὶ τοῦ πόθου τῆς κενοδοξίας, ἅπερ πάντα σὺν τῷ κόσμῳ παράγεται. μικρὸν ὁ τόπος ἀσφαλίζει, εἰ τὸ τῆς ζέσεως πνεῦμα ἐλλείπει, καὶ οὐ πολὺν χρόνον ἐκείνη ἡ εἰρήνη ἡ ἔξωθεν ζητηθεῖσα διαμενεῖ, εἰ ἡ τῆς καρδίας κατάστασις τοῦ ἀληθινοῦ θεμελίου ἀπορεῖ, τοῦτ' ἔστιν, εἰ μὴ ἐμμενεῖς μοι· σὲ μὲν ἀλλοιοῦν, ἀλλ' οὐ βελτιοῦν δύνῃ. τοῦ γὰρ καιροῦ ἐπελθόντος ἢ ληφθέντος, εὑρήσῃς ὅ, τι ἔφυγες, καὶ πλέον.

Εὐχὴ ὑπὲρ τοῦ καθαρισμοῦ τῆς καρδίας, καὶ τῆς οὐρανίου σοφίας.

δ'. Στήριξόν με ὁ Θεὸς, διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτος. δὸς τὴν δύναμιν τοῦ κραταιωθῆναι εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ τὴν καρδίαν μου ἀπὸ πάσης ἀνωφελοῦς μερίμνης καὶ ἀδημονίας κενῶσαι, οὐδὲ ταῖς ποικίλαις ἐπιθυμίαις ἑνὸς ἑκάστου πράγματος εὐτελοῦς, ἢ τιμίου ἑλκυσθῆναι· ἀλλὰ πάντα ὡς παρερχόμενα,

καὶ ἐμὲ

& me pariter cum illis transiturum: quia nihil permanens sub sole, vbi omnia vanitas, & afflictio spiritus. O quàm sapiens, qui ita considerat.

5. Da mihi Domine cælestem sapientiam, vt discam te super omnia quærere & inuenire, super omnia sapere & diligere: & cætera secundùm ordinem sapientiæ tuæ, prout sunt, intelligere. Da prudenter declinare blandientem, & patienter ferre aduersantem: quia hæc magna sapientia, non moueri omni vento verborum, nec aurem malè blandienti præbere Sireni: Sic enim in cœpta pergitur via securè.

Cap. XXVIII.

Contra linguas obtrectatorum.

1. Fili, non ægrè feras, si quidam de te malè senserint: & dixerint, quòd non libenter audias. Tu deteriora de teipso sentire debes, & neminem infirmiorem te credere. Si ambulas ab intrà, non multùm ponderabis volantia verba. Est non parua prudentia, silere in tempore malo, & introrsus ad me conuerti, nec humano iudicio disturbari.

2. Non sit pax tua in ore hominum. Siue enim bene, siue malè interpretati fuerint, non es ideo alter homo. Vbi est vera pax, & vera gloria? Nonne in me? Et qui non appetit hominibus placere, nec timet displicere, multa perfruetur pace. Ex inordinato amore, & vano timore, oritur omnis inquietudo cordis, & distractio sensuum.

Cap.

κἀμὲ συμπαρελευσόμενον αὐτοῖς ἐπιβλέψαι· ὅτι μηδὲν διαμένει ὑπὸ τὸν ἥλιον, ὅπου πάντα ματαιότης καὶ θλίψις τοῦ πνεύματος. ὡς σοφός ἐστιν ὁ οὕτω λογιζόμενος;

ε. Δός μοι κύριε τὴν ἐπουράνιον σοφίαν, ἵνα μάθω ὑπὲρ πάντα σε ζητῆσαι καὶ εὑρεῖν, ὑπὲρ πάντα γεύσασθαι, καὶ ἀγαπῆσαι· καὶ τὰ λοιπὰ, κατὰ τὴν τάξιν τῆς σοφίας σου, καθὼς ἔχει, νοῆσαι. δὸς φρονίμως ἐκτρέπειν τὸν κολακεύοντα, καὶ καρτερεῖν τὸν ἐναντιούμενον· ὅτι αὕτη μεγίστη σοφία, οὐ σαλεύεσθαι παντὶ τῷ ἀνέμῳ τῶν ῥημάτων, οὐδὲ τῇ κακῶς κολακευούσῃ σειρῆνι τὰς ἀκοὰς διδόναι. οὕτω γὰρ τὴν ὁδὸν, ἧς ἠρχόμεθα, ἀσφαλῶς πορευόμεθα.

Κεφ. κη΄.

Κατὰ τῶν γλωττῶν τῶν καταλάλων.

α. Τέκνον, μὴ δυσχέραινε, εἴ τινες περὶ σοῦ κακῶς γινώσκουσι, καὶ λέγουσιν, ὅπερ οὐχ ἡδέως ἀκούεις. δεῖ σε κακίω περὶ σοῦ γινώσκειν, καὶ οὐδένα σου ἀσθενέστερον εἶναι πιστεύειν. εἰ πορεύῃ ἔσωθεν, οὐ πολὺ σταθμήσῃ τὰ πετόμενα ῥήματα. οὐ μικρὰ φρόνησίς ἐστιν, ἐν τῷ πονηρῷ καιρῷ σιωπᾷν, καὶ ἔσω πρός με ἐπιστρέφεσθαι, οὐδὲ τῷ κρίματι ἀνθρωπείῳ διαταράττεσθαι.

β. Μὴ γένοιτο ἡ εἰρήνη σου ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων στόματι. εἴτε γὰρ ἐπὶ τὸ καλὸν, εἴτε ἐπὶ τὸ κακὸν ὑπολήψονται, οὐ διὰ τοῦτο ἕτερος ἄνθρωπος γίνῃ. ποῦ ἐστιν ἡ ἀληθινὴ εἰρήνη καὶ ἀληθινὴ δόξα; οὐχὶ ἐν ἐμοί; καὶ δὴ ὃς οὐκ ἐπιποθεῖ τοῖς ἀνθρώποις ἀρέσκειν, οὐδὲ φοβεῖται δυσαρεστεῖν, πάνυ εἰρηνεύσει. ἐκ τῆς γὰρ ἀτάκτου ἀγάπης, καὶ ματαίου φόβου, πᾶσα ἡ τῆς καρδίας ταραχὴ καὶ διασπασμὸς τῶν αἰσθήσεων γίνεται.

CAP. XXIX.

Qualiter instante tribulatione Deus inuocandus est, & benedicendus.

1. SIt nomen tuum (Domine) benedictum in sæcula: qui voluisti hanc tentationem & tribulationem venire super me. Non possum eam effugere, sed necesse habeo ad te confugere: vt me adiuues, & in bonum mihi conuertas. Domine, modò sum in tribulatione, & non est cordi meo bene, sed multùm vexor à præsenti passione. Et nunc, Pater dilecte, quid dicam? Deprehensus sum inter angustias. Saluifica me ex hora hac. Sed propterea veni in hanc horam, vt tu clarificeris, cùm fuero valdè humiliatus, & per te liberatus. Complaceat tibi Domine, vt eruas me: nam ego pauper, quid agere possum, & quò ibo sine te? Da patientiam Domine, etiam hac vice. Adiuua me Deus meus, & non timebo quantumcumque grauatus fuero.

2. Et nunc inter hæc, quid dicam? Domine, fiat voluntas tua. Ego bene merui tribulari, & grauari. Oportet vtique, vt sustineam: & vtinam patienter, donec transeat tempestas, & meliùs fiat. Potens est autem omnipotens manus tua, etiam hanc tentationem à me auferre, & eius impetum mitigare: ne penitus succumbam, quemadmodum & priùs sæpiùs egisti mecum; Deus meus misericordia mea. Et quantò mihi difficiliùs, tantò tibi facilior est hæc mutatio dexteræ excelsi.

CAP.

Κεφ. κθ'.

Πῶς ἐπικειμένης τῆς θλίψεως δεῖ τὸν θεὸν ἐπικαλεῖν καὶ εὐλογεῖν.

α'. Εἴη τὸ ὄνομά σου, κύριε, εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας· ὃς τοῦτον τὸν πειρασμὸν καὶ τὴν θλίψιν ἐμοὶ ἐπελθεῖν ἠθέλησας. οὐχ οἷός τ' εἰμὶ αὐτὴν ἐκφυγεῖν, ἀλλὰ δεῖ ἐμὲ πρὸς σὲ καταφυγεῖν, ἵνα μοι βοηθήσῃς, καὶ εἰς ἀγαθόν μοι ἐπιστράφῃς. κύριε, νυνί εἰμι ἐν τῇ θλίψει, καὶ ἡ καρδία μου οὐ καλῶς ἔχει, ἀλλὰ σφόδρα κακοῦμαι ὑπὸ τοῦ παρόντος πάθους. καὶ νῦν, πάτερ ἀγαπητέ, τί λαλήσω; κατελήφθην ἐν τῇ στενοχωρίᾳ. σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην, ἵνα σὺ δοξασθῇς, ἐμοῦ μὲν πολὺ ταπεινωθέντος, ὑπὸ σοῦ δὲ σωθέντος. εὐδόκησον κύριε, τοῦ ῥύσασθαί με· τί γὰρ ἐγὼ πένης ποιεῖν δύναμαι, καὶ ποῖ πορευθήσομαι χωρὶς σοῦ; δὸς τὴν ὑπομονὴν κύριε, ἔτι νῦν. βοήθησόν μοι θεός μου, καὶ οὐ φοβηθήσομαι, ὁπόσον οὖν ἂν βαρυνθῶ.

β'. Καὶ νῦν μεταξὺ τούτων τί λέξω; κύριε, γενηθήτω τὸ θέλημά σου. ἐγὼ δὴ ἄξιός εἰμι θλίβεσθαι καὶ βαρύνεσθαι. δεῖ δήπου με πάσχειν, καὶ εἴθε ὑπομονητικῶς, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ χειμὼν, καὶ κρεῖττον ἐμοὶ γένηται. καίτοι ἡ χεὶρ σου παντοδύναμος οἵα τ' ἐστὶν, καὶ τὸν πειρασμὸν τοῦτον ἀφαιρεῖν μου, καὶ τὴν ἐμβολὴν αὐτοῦ πραΰνειν, ἵνα μὴ παντελῶς ἡττηθῶ, καθὼς καὶ πρότερον πλεονάκις μετ' ἐμοῦ ἐποίησας, ὁ θεός μου, τὸ ἔλεός μου. καὶ ὅσῳ μοι τοῦτο χαλεπώτερόν ἐστι, τοσούτῳ σοι αὕτη ἡ ἀλλαγὴ τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου ῥᾴων γίνεται.

CAP. XXX.

De diuino petendo auxilio, & confidentia recuperandæ gratiæ.

1. FIli, ego Dominus, confortans in die tribulationis. Venias ad me, cùm tibi non fuerit bene. Hoc eſt, quòd maximè conſolationem impedit cæleſtem, quia tardiùs te conuertis ad orationem. Nam antequam me intentè roges, multa interim ſolatia quæris, & recreas te in externis. Ideoq́ue fit, vt parum omnia proſint, donec aduertas, quia ego ſum, qui eruo ſperantes in me: nec eſt extra me valens auxilium, neque vtile conſilium, ſed neque durabile remedium. Sed iam reſumpto ſpiritu poſt tempeſtatem, reconualeſce in luce miſerationum mearum: quia propè ſum, (dicit Dominus) vt reſtaurem vniuerſa, non ſolùm integrè, ſed & abundanter ac cumulatè.

2. Nunquid mihi quicquam eſt difficile, aut ero ſimilis dicenti & non facienti? Vbi eſt fides tua? Sta firmiter, & perſeueranter. Eſto longanimis & vir fortis, veniet tibi conſolatio in tempore ſuo. Expecta me, exſpecta: veniam, & curabo te. Tentatio eſt, quæ te vexat, & formido vana, quæ te exterret. Quid importat ſollicitudo de futuris contingentibus, niſi vt triſtitiam ſuper triſtitiam habeas? Sufficit diei malitia ſua. Vanum eſt & inutile de futuris conturbari vel gratulari, quæ fortè nunquam euenient.

3. Sed humanum eſt, huiuſmodi imaginationibus

Κεφ λ'.

Περὶ τῆς δεήσεως τοῦ θείου βοηθήματος, καὶ τῆς πεποιθήσεως τοῦ πάλιν τυχεῖν τῆς χάριτος.

α'. Τέκνον, ἐγὼ ὁ κύριος, στηρίζων σε ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς θλίψεως· δεῦρο πρός με κακῶς ἔχων. τοῦτό ἐστιν, ὃ τὴν οὐράνιον παράκλησιν μάλιστα ἐμποδίζει, ὅτι βραδύτερον ἐπιστρέφεις εἰς τὴν προσευχήν. πρὶν γὰρ ἂν ἐκτενῶς ἀξιώσῃς με, πολλὰς παρακλήσεις ζητεῖς, καὶ ἐν τοῖς ἔξω τέρπῃ. διόπερ πάντα ὀλίγον ὠφελεῖ, ἕως ἂν κατανοήσῃς, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' ἐμοὶ ῥυόμενος, καὶ ὅτι ἔξω μου οὐκ ἔστι βοήθεια ἐνεργής, οὐδὲ βουλὴ ὠφέλιμος, οὐδὲ φάρμακον διαρκές. καίτοι νῦν μετὰ τὸν χειμῶνα τὸ πνεῦμα ἀναλαβών, ἐν τῷ φωτὶ τῶν οἰκτιρμῶν μου ἀναρρώσθητι· ὅτι ἐγγύς ἐγώ εἰμι (λέγει ὁ κύριος) τοῦ ἀνασκευάζειν πάντα, οὐ μόνον τελείως, ἀλλὰ καὶ ἀφθόνως καὶ ἐκπλέως.

β'. Πότερόν μοι χαλεπόν τι ἐστίν, ἢ ὁμοιωθήσομαι τῷ μὲν λέγοντι, οὐ δὲ ποιοῦντι; ποῦ ἐστιν ἡ πίστις σου; στῆθι βεβαίως καὶ ἐπιμόνως. μακροθύμει καὶ ἀνδρίζου· ἐπελεύσεται ἡ παραμυθία ἐν τῷ καιρῷ αὐτῆς. προσδόκα με, προσδόκα, ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω σε. πειρασμός ἐστιν ὁ κακῶν σε, καὶ φόβος μάταιος ὁ καταπλήττων σε. τί συμφέρει ἡ περὶ τῶν μελλόντων συμβήσεσθαι μέριμνα, εἰ μὴ ἵνα συνεχῆ λύπην ἔχῃς; ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. μάταιον καὶ ἀνωφελές ἐστι διὰ τὰ μέλλοντα διαταράττεσθαι ἢ χαίρειν, ἅτινα ἴσως οὐδέποτε συμβήσεται.

γ'. Ἀνθρώπειον δ' ἐστὶ, τοιαύταις φαντασίαις ἐμπαί-

nibus illudi: & parui adhuc animi signum, tam leuiter trahi à suggestione inimici. Ipse enim non curat, vtrum veris an falsis illudat & decipiat: vtrum præsentium amore, aut futurorum formidine prosternat. Non ergo turbetur cor tuum, neque formidet. Crede in me, & in misericordia mea habeto fiduciam. Quando tu putas te elongatum à me, sæpè sum propinquior. Quando tu æstimas penè totum perditum, tunc sæpè maius merendi instat lucrum. Non est totum perditum, quando res accidit in contrarium. Non debes iudicare secundùm præsens sentire: nec sic grauitati alicui, vndecunque venienti, inhærere & accipere, tanquam omnis spes sit ablata emergendi.

4. Noli putare te relictum ex toto, quamuis ad tempus tibi miserim aliquam tribulationem, vel etiam optatam subtraxerim consolationem: sic enim transitur ad regnum cælorum. Et hoc sine dubio magis expedit tibi, & cæteris seruis meis: vt exercitemini aduersis, quàm si cuncta ad libitum haberetis. Ego noui cogitationes adsconditas: quia multum expedit pro salute tua, vt interdum sine sapore relinquaris: ne fortè eleueris in bono successu, & tibiipsi placere velis in eo, quod non es. Quod dedi, auferre possum: & restituere, quum mihi placuerit.

5. Quum dedero, meum est: quum subtraxero, tuum non tuli: quia meum est omne datum bonum, & omne donum perfectum. Si tibi misero grauitatem aut quamlibet contrarietatem, ne indigneris, neque concidat cor tuum: ego citò subleuare possum, & omne onus in gau-

ζεσθαι· καὶ τῆς μικροθυμίας τεκμήριον, οὕτω ῥαδίως ἐλκύεσθαι ὑπὸ τῆς τοῦ ἐχθροῦ ὑποβολῆς. οὐ γὰρ μέλει αὐτῷ πότερον ἂν ἀληθινοῖς ἢ ψεύδεσιν παίζῃ καὶ ἀπατᾷ· πότερον τῇ τῶν παρόντων ἀγάπῃ, ἢ τῷ τῶν μελλόντων φόβῳ καταβάλλῃ. μὴ οὖν ταρασσέσθω ἡ καρδία σου, μηδὲ φοβείσθω. πίστευε εἰς ἐμὲ, καὶ τῷ ἐλέει μου πέποιθε. ἡγουμένου σου, ὅτι ἐγὼ μακρύνω, πολλάκις σοι ἐγγύτερός εἰμι. νομίζοντός σου, ὅτι σχεδὸν τὸ ὅλον ἀπόλωλε, τότε συχνῶς μεῖζον κέρδος τοῦ καταξιωθῆναι πάρεστιν. οὐ τὸ ὅλον ἀπόλωλε, τοῦ πράγματος εἰς τοὐναντίον συμβάντος. οὐ δεῖ σε κρίνειν κατὰ τὸ ἐν παρόντι δοκεῖν, οὐδὲ βαρύτητί τινι ὁθενοῦν γινομένῃ προσκεῖσθαι, καὶ αὐτὴν λαμβάνειν, ὡς πάσης ἐλπίδος τοῦ ἐκφεύγειν ἀφερεθείσης.

δ. Μὴ νόμιζε ὅτι παντελῶς κατελείφθης, εἰ καὶ πρὸς χρόνον, θλῖψιν τινὰ εἰσέβαλόν σοι, ἢ καὶ τὴν εὐκταίαν παράκλησιν ὑφεῖλον· οὕτω γὰρ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν βαδίζουσι. καὶ τοῦτο ἀναμφισβητήτως σοὶ καὶ τοῖς ἄλλοις δούλοις μου μᾶλλον συμφέρει, ἵνα τῇ ἀτυχίᾳ ἀσκηθῆτε, ἢ εἰ πάντα κατὰ τὴν γνώμην εἴχετε. ἐγὼ γινώσκω τὰς διανοίας ἀποκεκρυμμένας, ὅτι τὸ καταλειφθῆναι ἄνευ ἡδύσματος, εἰς τὴν σωτηρίαν σου πολύ ποτε ὠφελεῖ, ἵνα μὴ ἐπαρθῇς εὐτυχῶν, καὶ αὐτάρεσος γένῃ ἐν τούτῳ, ὅπερ οὐκ εἶ. ὃ ἔδωκα, ἀφελέσθαι δύναμαι· καὶ ἀποδοῦναι, ὅτε μοι δοκεῖ.

ε. Ὅταν διδῶ, ἐμόν ἐστιν· ὅταν ἀφέλω, τὸ σὸν οὐκ ἀφεῖλον· ὅτι πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἐμόν ἐστιν. εἰ ἐπαφήσω σοι βαρύτητα, ἢ ὁτιοῦν ἐναντίωμα, μὴ δυσχέραινε, μηδὲ ἡ καρδία σου συμπιπτέτω. ἐγὼ ταχέως ὑπεξαίρειν, καὶ πᾶν βάρος εἰς χαρὰν μετα-

dium transmutare. Verumtamen iustus sum, & recommendabilis multùm, quum sic facio totum.

6. Si rectè sapis, & in veritate aspicis, nunquam debes propter aduersa tam deiectè contristari, sed magis gaudere, & gratias agere: imò hoc vnicum reputare gaudium, quod affligens te doloribus, non parco tibi. Sicut dilexit me pater, & ego vos diligo, dixi dilectis discipulis meis: quos vtique non misi ad gaudia temporalia, sed ad magna certamina: non ad honores, sed despectiones: non ad otium, sed ad labores: non ad requiem, sed ad afferendum fructum multum in patientia. Horum memento, fili mi, verborum.

Cap. XXXI.

De neglectu omnis creaturæ, vt creator possit inueniri.

1. Domine, bene indigeo adhuc maiori gratia, si debeam illuc peruenire, vbi me nemo poterit, nec vlla creatura impedire. Nam quam diu res aliqua me retinet, non possum liberè ad te volare. Cupiebat liberè volare, qui dicebat: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Quid simplici oculo quietius? Et quid liberius nil desiderante in terris? Oportet igitur omnem supertransire creaturam, & seipsum perfectè deserere, ac in excessu mentis stare, & videre te omnium conditorem, cum creaturis nil simile habere. Et nisi quis ab omnibus creaturis fuerit expeditus, non poterit liberè

βάλλειν δύναμαι. ἀλλὰ μὴν δίκαιος καὶ πολὺ ἐπαινετός εἰμι, οὕτω τὸ ὅλον ποιῶν.

ϛʹ. Εἰ εὖ φρονεῖς, καὶ ἀληθῶς καθορᾷς, οὐδέποτε δεῖ σε ἐπὶ τῇ ἀτυχίᾳ οὕτως ἀθύμως λυπεῖσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον χαίρειν καὶ εὐχαριστεῖν· μενοῦνγε τοῦτο μόνον χαρὰν εἶναι νομίζειν, ὅτι ταῖς ὀδύναις θλίβων σε, σοῦ οὐ φείδομαι. καθὼς ἠγάπησέ με ὁ πατήρ, κἀγὼ ἀγαπῶ ὑμᾶς, τοῖς ἀγαπητοῖς μαθηταῖς μου ἔλεξα, οὓς δηλονότι οὐκ ἀπέστειλα πρὸς τὰς χαρὰς προσκαίρους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς μεγάλους ἀγῶνας· οὐ πρὸς τὰς τιμάς, ἀλλὰ πρὸς τὰς καταφρονήσεις· οὐ πρὸς τὴν ἀργίαν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πόνους· οὐ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν καρποφορίαν μεγάλην τὴν ἐν ὑπομονῇ. τούτων λόγων, τέκνον μου, μέμνησο.

Κεφ. λαʹ.

Περὶ τοῦ καταφρονεῖν πάσης τῆς κτίσεως, ἵν' ὁ κτίστης εὑρεθῆναι δυνηθῇ.

αʹ. ΚΥριε, μείζονος δὴ χάριτος ἔτι χρείαν ἔχω, ἐὰν ὀφείλω ἐκεῖσε διήκειν, ὅπου μηδ' ἄνθρωπος, μηδὲ κτίσμα τι ἐμποδίζειν με δυνήσεται. μέχρι γάρ τι κατέχει με, οὐ δύναμαι πρός σε ἐλευθέρως πετᾶσθαι. ἐπεπόθει δὲ ἀνεμποδίστως πετᾶσθαι ὁ λέγων· τίς δώσει μοι πτέρυγας, ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθήσομαι, καὶ καταπαύσω; τί τοῦ ἁπλοῦ ὀφθαλμοῦ ἡσυχαίτερον; καὶ τί ἐλευθερώτερον τοῦ ἐπὶ τῆς γῆς μηδὲν ἐπιποθοῦντος; χρὴ τοίνυν πᾶσαν κτίσιν ὑπερβῆναι, καὶ ἑαυτὸν παντελῶς καταλιπεῖν, καὶ τῆς ψυχῆς ἐκστῆναι, καὶ βλέψαι, ὅτι σὺ κτιστὴς πάντων τοῖς κτίσμασιν οὐδὲν ὅμοιον ἔχεις. καὶ ἐὰν μή τις πάντων κτισμάτων ἀπαλλαγῇ, τοῖς τοῦ θεοῦ

liberè intendere diuinis. Ideò enim pauci inueniuntur contemplatiui, quia pauci sciunt se à perituris & creaturis, ad plenum sequestrare.

2. Ad hoc magna requiritur gratia, quæ animam leuet, & supra semetipsam rapiat. Et nisi homo sit in spiritu eleuatus, & ab omnibus creaturis liberatus, ac Deo totus vnitus: quicquid scit, quicquid etiam habet, non est magni ponderis. Diu paruus erit, & in terra iacebit, qui aliquid magnum æstimat, nisi solùm unum immensum, æternum bonum. Nam quicquid Deus non est, nihil est, & pro nihilo computari debet. Est magna differentia sapientia illuminati & deuoti viri, & scientia literati atque studiosi clerici. Multò nobilior est illa doctrina, quæ de sursum ex diuina influentia manat: quàm quæ laboriosè, humano acquiritur ingenio.

3. Plures reperiuntur contemplationem desiderare, sed quæ ad eam requiruntur, non student exercere. Est magnum impedimentum, quia in signis & sensibilibus rebus statur, & parum de perfecta mortificatione habetur. Nescio quid est, & quo spiritu ducimur, & quid prætendimus, qui spirituales dici videmur: quòd tantum laborem, & ampliorem sollicitudinem, pro transitorijs & vilibus rebus agimus, & de interioribus nostris vix aut raiò, plenè recollectis sensibus, cogitamus.

4. Proh dolor, statim post modicam recollectionem foras erumpimus: nec opera nostra, districta examinatione trutinamus. Vbi iacent affectus nostri, non attendimus: & quàm impura sint omnia, non deploramus.

τὸν νοῦν ἀκωλύτως προσέχειν οὐ δύναται. διὰ τοῦτο γὰρ ὀλίγοι θεωρητικοὶ εὑρίσκονται, ὅτι ὀλίγοι ἑαυτοὺς τῶν πλωσίμων κτίσεων πάντως χωρίζεσθαι ἐπίστανται.

β'. Τοῦτο μεγάλης χάριτος δεῖται, ἣ τὴν ψυχὴν ἂν ἐπάρῃ, καὶ ὑπὲρ ἑαυτὴν ἁρπάζῃ. καὶ εἰ μὴ ὁ ἄνθρωπος τῷ πνεύματι ἐπήρθη, πάντων τε κτισμάτων ἀπηλλάγη, καὶ τῷ θεῷ ὅλος ἡνώθη· ὅτι οὖν γινώσκει, ἀλλὰ δὴ καὶ ὃ ἔχει, οὐ περὶ πολλοῦ ποιητέον. πολὺν χρόνον μικρὸς ἔσται, καὶ ὑποκάτω κείσεται, ὃς περὶ πολλοῦ τι ποιεῖται, πλὴν τοῦ ἑνὸς ἀμετρήτου καὶ αἰωνίου ἀγαθοῦ. ὅτι οὖν γὰρ θεὸς οὐκ ἔστι, μηδέν ἐστι, καὶ περὶ οὐδενὸς ποιητέον. πολὺ διαφέρει ἡ σοφία τοῦ φωτισθέντος καὶ εὐλαβοῦς ἀνδρὸς, καὶ ἡ ἐπιστήμη τοῦ πεπαιδευμένου καὶ φιλολόγου κληρικοῦ. ἡ διδαχὴ ἡ ἄνωθεν ἐκ τῆς θείας εἰσρύσεως γινομένη, πολλῷ τιμιωτέρα ἐστὶ τῆς τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀγχινοίᾳ ἐπιπόνως προσποριζομένης.

γ'. Πλείους μὲν εὑρίσκονται οἱ τῆς θεωρίας ἐπιθυμοῦντες, περὶ δὲ τὸ ἀσκεῖν τὰ αὐτῇ ἀναγκαῖα οὐ σπουδάζοντες. μέγιστον ἐμπόδισμά ἐστι τὸ τοῖς σημείοις καὶ τοῖς αἰσθητικοῖς ἐμμένειν, καὶ μικρὸν τῆς τελείας νεκρώσεως ἔχειν. οὐκ οἶδα τί ἐστι, καὶ τίνι πνεύματι ἀγόμεθα, καὶ τί προφασιζόμεθα, οἱ πνευματικοὶ λέγεσθαι δοκοῦντες· ὅτι τοσοῦτον μὲν πονοῦμεν, καὶ μᾶλλον περὶ τῶν φθαρτῶν καὶ εὐτελέων πραγμάτων φροντίζομεν, περὶ δὲ τῶν ἔσω ἡμῶν μόλις ἢ σπανίως, τὰς αἰσθήσεις πάντως συλλέξαντες λογιζόμεθα.

δ'. Φεῦ, εὐθέως μετὰ ὀλίγην συλλογὴν τῆς ψυχῆς ἔξω ἀναρρηγνύμεθα, καὶ τὰ ἔργα ἡμῶν ἀκριβεῖ ἐξετάσει οὐ σταθμώμεθα. ὅπου ἂν αἱ διαθέσεις ἡμῶν κέωνται, οὐ προσέχομεν, οὐδὲ, ὡς πάντα ἀκάθαρτά ἐστιν, ἀποδυρόμεθα.

mus. Omnis quippe caro corruperat viam suam, & ideo sequebatur diluuium magnum. Cùm ergo interior affectus noster multùm corruptus sit, necesse est, vt actio sequens, index carentiæ interioris vigoris corrumpatur. Ex puro corde, procedit fructus bonæ vitæ.

5. Quantum quis fecerit quæritur: sed ex quanta virtute agit, non tam studiosè pensatur. Si fuerit fortis, diues, pulcher, habilis, vel bonus scriptor, bonus cantor, bonus laborator, inuestigatur: quàm pauper sit spiritu, quàm patiens & mitis, quam deuotus & internus, à multis tacetur. Natura exteriora hominis respicit, gratia ad interiora se conuertit. Illa frequenter fallitur, ista in Deo sperat, vt non decipiatur.

Cap. XXXII.

De abnegatione sui, & abdicatione omnis cupiditatis.

1. Fili, non potes perfectam possidere libertatem, nisi totaliter abneges temetipsum. Compediti sunt omnes proprietarij, & suiipsius amatores, cupidi, curiosi, gyrouagi, quærentes semper mollia, non quæ Iesu Christi, sed hoc sæpe fingentes & componentes, quòd non stabit. Peribit enim totum, quod non est ex Deo ortum. Tene breue & consummatum verbum. Dimitte omnia, & inuenies omnia. Relinque cupidinem, & reperies requiem. Hoc mente pertracta: & quum impleueris, intelliges omnia.

ρόμεθα. πᾶσα γὰρ σὰρξ διέφθειρε τὴν ὁδὸν αὐτῆς, καὶ διὰ τοῦτο ὁ μέγας κατακλυσμὸς εἵπετο. τῆς οὖν διαθέσεως τῆς ἔσω ἡμῶν πολὺ διεφθαρμένης, ἐπάναγκες, τὴν πρᾶξιν ἑπομένην, τὴν οὖσαν τεκμήριον τῆς ἀπορίας τῆς ἔσω ἀκμῆς, καταφθείρεσθαι. ἐκ τῆς καθαρᾶς καρδίας ὁ τοῦ βίου καλοῦ καρπὸς ἐκπορεύεται.

έ. Ὅσον μέν τις ἐποίησεν, ἐπιζητεῖται, ἐξ ὅσης δ' ἀρετῆς ποιεῖ οὐχ οὕτως ἀκριβῶς ἐξετάζεται. πότερον ἰσχυρὸς, πλούσιος, εὔμορφος, εὐάρμοστος, καλλιγράφος, καλὸς ἀοιδὸς, ἢ καλὸς ἐργάτης ἐστὶν, ἀκριβοῦται· ὡς δὲ πτωχὸς τῷ πνεύματι, ὡς ὑπομονητικὸς καὶ πρᾶος, ὡς εὐλαβὴς καὶ περὶ τὰ ἔσω σπουδάζων, ὑπὸ πολλῶν σιωπᾶται. ἡ φύσις τὰ ἔξω τοῦ ἀνθρώπου σκοπεῖ, ἀλλ' ἡ χάρις εἰς τὰ ἔσω ἀποβλέπει. ἡ μὲν συχνῶς ἀπατᾶται, ἡ δὲ ἐπὶ τῷ θεῷ ἐλπίζει, τοῦ μὴ ἀπατηθῆναι.

Κεφ. λβ'.

Περὶ τῆς ἀπαρνήσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀπορρήσεως ἁπάσης ἐπιθυμίας.

α'. ΤΕκνον, οὐ δύνῃ τὴν παντελῆ ἐλευθερίαν κτᾶσθαι, εἰ μὴ ὅλως σεαυτὸν ἀπαρνῇ. ἐπεδήθησαν πάντες οἱ ἰδιοκτήμονες, καὶ φίλαυτοι, πλεονέκται, πολυπράγμονες, πλάνητες, οἱ ἀεὶ μὲν ζητοῦντες τὰ μαλακὰ, οὐ δὲ τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ πολλάκις τοῦτο πλάττοντες καὶ συντάττοντες, ὅπερ οὐ διαμενεῖ. ἀπολεῖται γὰρ πᾶν τὸ τοῦ θεοῦ οὐκ ἐκφυόμενον. τήρει τὸν βραχὺν καὶ ἀποτετελεσμένον λόγον· ἄφες πάντα, καὶ εὑρήσεις πάντα. κατάλειπε τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ εὑρήσεις τὴν ἡσυχίαν. τοῦτο τῇ γνώμῃ ἐπισκόπει, καὶ πληρώσας, γνώσῃ πάντα.

2. Domine, hoc non est opus vnius diei, nec ludus paruulorum: imò in hoc breui includitur omnis perfectio religiosorum. Fili, non debes auerti, nec statim deijci, audita via perfectorum; sed magis ad sublimiora prouocari, & ad minùs ad hæc ex desiderio suspirare. Vtinam sic tecum esset, & ad hoc peruenisses, vt tuiipsius amator non esses, sed ad nutum meum purè stares, & eius quem tibi præposui patris: tunc mihi valde placeres, & tota vita tua in gaudio & pace transiret. Adhuc multa habes ad relinquendum: quæ nisi mihi ex integro resignaueris, non acquires, quod postulas. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, vt locuples fias, id est, cœlestem sapientiam, omnia infima conculcantem. Postpone terrenam sapientiam, omnem humanam & propriam complacentiam.

3. Dixi, viliora tibi emenda pro pretiosis & altis, in rebus humanis. Nam valde vilis & parua, ac penè obliuioni tradita videtur, vera cælestis sapientia: non sapiens alta de se, nec magnificari quærens in terra, quam multi ore tenus prædicant, sed vita longè dissentiunt: ipsa tamen est pretiosa margarita à multis abscondita.

CAP. XXXIII.

De instabilitate cordis, & de intentione finali ad Deum habenda.

1. FIli, noli credere affectui tuo: qui nunc est, citò mutabitur in aliud. Quamdiu vixeris,

β'. Κύριε, τοῦτο οὐκ ἔργον ἐστὶ μιᾶς ἡμέρας, οὐδὲ παιδιὰ τῶν παίδων· ἀλλὰ δὴ καὶ ταύτῃ τῇ βραχυλογίᾳ συνέχεται πᾶσα τελειότης τῶν ἀσκητῶν. τέκνον, οὐκ ὀφείλεις ἀποτρέπεσθαι, οὐδ' εὐθέως ἀθυμεῖν ἀκούσας τῆς ὁδοῦ τῶν τελείων, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα παροξύνεσθαι, καὶ τοὐλάχιστον ταῦτα ἐπιθυμητικῶς στενάζειν. εἴθε οὕτως εἶχες, καὶ εἰς τοῦτο ἦλθες, ὥστε οὐ φίλαυτος γινόμενος, τῷ νεύματί μου, καὶ τοῦ πατρὸς, ὃν ἐπέστησά σοι, εἰλικρινῶς ἔστεργες· τότε μοι σφόδρα ἤρεσκες, καὶ ὅλον τὸν βίον σου μετὰ χαρᾶς καὶ εἰρήνης διῆγες. ἔτι χρή σε πολλὰ καταλιπεῖν, ἅτινα εἰ μὴ παντελῶς ἐπιτρέψεις μοι, τοῦ αἰτήματός σου οὐκ ἐπιτεύξῃ. συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον πεπυρωμένον, ἵνα πλουτήσῃς, τοῦτ' ἔστι, τὴν σοφίαν οὐράνιον πάντα τὰ κάτω καταπατοῦσαν. περὶ ἐλάττονος ποιοῦ τὴν σοφίαν γηΐκην, πᾶσαν τ' ἀνθρωπίνην καὶ ἰδίαν εὐδοκίαν.

γ'. Ελεξα, ὅτι ἐν τοῖς ἀνθρωπείοις πράγμασιν ὀφείλεις τὰ εὐτελέστερα ἀντὶ τῶν τιμίων καὶ ὑψηλῶν ἀγοράσαι. πολὺ γὰρ εὐτελὴς καὶ μικρὰ εἶναι, καὶ σχεδὸν τῆς τῶν ἀνθρώπων μνήμης ἐκπεσεῖν δοκεῖ ἡ ἀληθινὴ καὶ οὐράνιος σοφία, οὐ μέγα φρονοῦσα, οὐδ' ἐπὶ τῆς γῆς τὸ τιμᾶσθαι ζητοῦσα, ἣν πολλοὶ μὲν τῷ στόματι ἐγκωμιάζουσι, τῷ δὲ βίῳ πολὺ διαφέρουσιν· ἀλλ' ὅμως αὐτή ἐστι πολύτιμος μαργαρίτης ἀπὸ πολλῶν ἀποκεκρυμμένος.

Κεφ. λγ'.

Περὶ τῆς ἀσταθείας τῆς καρδίας, καὶ τελευταίας προαιρέσεως τῆς πρὸς τὸν θεόν.

α'. Τέκνον, μὴ πίστευε τῷ πάθει σου· ὅ, τι νῦν ἐστιν, εὐθέως εἰς ἄλλο μεταβληθήσεται, ἕως ἂν ζή-

σῃς, καὶ

ris, mutabilitati ſubiectus es, etiam nolens: vt modò lætus, modò triſtis: modò pacatus, modò turbatus: nunc deuotus, nunc indeuotus: nunc ſtudioſus, nunc acedioſus: nunc gratus, nunc leuis inueniaris. Sed ſtat ſuper hæc mutabilia ſapiens, & bene doctus in ſpiritu, non attendens, quid in ſe ſentiat, vel qua parte flet ventus inſtabilitatis: ſed vt tota intentio mentis eius, ad debitum & optimum proficiat finem. Nam ſic poterit vnus & idem, inconcuſſusque permanere, & ſimplici intentionis oculo, per tot varios euentus, ad me imprætermiſſè directo.

2. Quantò autem purior fuerit intentionis oculus, tantò conſtantius inter diuerſas itur procellas. Sed in multis caligat oculus puræ intentionis: reſpicitur enim citò in aliquod delectabile, quod occurrit. Nam & rarò totus liber quis inuenitur, à næuo propriæ exquiſitionis. Sic Iudæi olim venerant in Bethaniam, ad Martham & Mariam: non propter Ieſum tantùm, ſed & vt Lazarum viderent. Mundandus eſt ergo intentionis oculus, vt ſit ſimplex & rectus, atque vltra omnia varia media ad me dirigendus.

CAP. XXXIIII.

Quòd amanti, ſapit Deus ſuper omnia, & in omnibus.

1. Ecce

στῆς, καὶ ἄκοντι μεταβλητικὸς ἔσῃ, ὅπως νυνὶ μὲν εὔθυμος, νυνὶ δὲ σκυθρωπός· νῦν ἥσυχος, νῦν τεταραγμένος· νῦν εὐλαβής, νῦν περὶ τὰ τοῦ θεοῦ ἀηδής· νῦν σπουδαῖος, νῦν ἀκηδής· νῦν σεμνός, νῦν κοῦφος γένῃ. ἀλλὰ παρὰ ταῦτα τὰ μεταβλητικὰ ὁ σοφὸς καὶ τῷ πνεύματι εὖ πεπαιδευμένος ὑφίσταται, οὐ προσέχων, τί ἂν ἐν αὐτῷ αἰσθηθῇ, ἢ πόθεν ὁ τῆς ἀσταθείας ἄνεμος πνεύσῃ, ἀλλ' ἵνα πᾶσα προαίρεσις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εἰς δέον καὶ βέλτιστον τέλος προκόψῃ. οὕτω γὰρ ὁ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς καὶ ἀσάλευτος διαμένειν ἰσχύσῃ, τοῦ ἁπλοῦ ὀφθαλμοῦ τῆς προαιρέσεως, ἐν ταῖς διαφερούσαις συμπλώσεσι τῶν πραγμάτων, πρὸς ἐμὲ ἀδιαλείπτως ἐπιστραφέντος.

β'. Ὅσῳ γὰρ ἂν ἁπλούστερος ὁ ὀφθαλμὸς τῆς προαιρέσεως γένηται, τοσούτῳ εὐσταθεστέρα ἡ ὁδοιπορία ἡ μεταξὺ διαφόρων θυελλῶν ἐστι. ἀλλὰ μὴν ἐν πολλοῖς ὁ ὀφθαλμὸς τῆς καθαρᾶς προαιρέσεως ἀμβλυώττει· ταχέως γὰρ εἰς τερπνόν τι συντυχὸν ἀποβλέπει, ἐπεὶ σπανίως ἐστὶν εὑρεῖν τινα ἄσπιλον ὄντα τῆς ἰδίας ὠφελείας. τοῦτον τρόπον πάλαι οἱ Ἰουδαῖοι εἰς τὴν Βηθανίαν πρὸς τὴν Μάρθαν καὶ τὴν Μαρίαν ἦλθον, οὐ διὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἴδωσιν. δεῖ τοίνυν τὸν ὀφθαλμὸν τῆς προαιρέσεως καθαρίζειν, ὅπως ἁπλοῦς καὶ εὐθὺς ᾖ, καὶ αὐτὸν ὑπὲρ πάντα ἐφόδια διαφέροντα πρὸς ἐμὲ κατευθύνειν.

Κεφ. λδ'.

Ὅτι τῷ ἀγαπῶντι ὁ θεὸς ὑπὲρ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν ἡδύνεται.

1. ECce Deus meus, & omnia. Quid volo amplius, & quid feliciùs desiderare possum? O sapidum & dulce verbum; sed amanti verbum, non mundum, nec ea quæ in mundo sunt. Deus meus, & omnia. Intelligenti, satis dictum est: & sæpe repetere, iucundum est amanti. Te siquidem præsente, iucunda sunt omnia: te autem absente, fastidiunt cuncta. Tu facis cor tranquillum, & pacem magnam, lætitiamque festiuam. Tu facis bene sentire de omnibus, & in omnibus te laudare: nec potest aliquid sine te diu placere: sed si debet gratum esse & bene sapere, oportet gratiam tuam adesse, & condimento tuæ sapientiæ condiri.

2. Cui tu sapis, quid ei rectè non sapiet? Et cui tu non sapis, quid ei ad iucunditatem esse poterit? Sed deficiunt in sapientia tua mundi sapientes, & qui carnem sapiunt: quia ibi plurima vanitas, & hìc mors inuenitur. Qui autem te per contemptum mundanorum, & carnis mortificationem sequuntur, verè sapientes esse cognoscuntur: quia de vanitate ad veritatem, de carne ad spiritum transferuntur. Istis sapit Deus: & quicquid boni inuenitur in creaturis, totum ad laudem referunt sui conditoris. Dissimilis tamen, & multùm dissimilis sapor creatoris & creaturæ, æternitatis & temporis, lucis increatæ, & lucis illuminatæ.

3. O lux perpetua cuncta creata transcendens lumina, fulgura coruscationem de sublimi penetrantē omnia cordis mei intima. Purifica, lętifica,

clari-

α. Ἰδοὺ, ὁ θεός μου, καὶ ἅπαντα· τί ἔτι θέλω, καὶ τί εὐδαιμονέστερον ἐπιποθεῖν δύναμαι; ὢ γλυκὺς καὶ ἡδὺς λόγος, ἀλλὰ τῷ τὸν λόγον, οὐ τὸν κόσμον, οὐδὲ τὰ ἐν κόσμῳ ἀγαπῶντι. ὁ θεός μου καὶ ἅπαντα. τῷ συνετῷ ἱκανῶς εἴρηται, καὶ πολλάκις ἀναλαβεῖν, τῷ ἀγαπῶντι ἡδύ ἐστι. σοῦ μὲν γὰρ παρόντος, πάντα ἡδέα τυγχάνει· σοῦ δ' ἀπόντος, ἅπαντα δύσκολά ἐστι. σὺ τὴν καρδίαν γαληνοῖς, εἰρήνην μεγάλην, καὶ ἑορτάσιμον εὐφροσύνην παρέχων. σὺ ποιεῖς καλῶς γινώσκειν περὶ πάντων, καὶ ἐν πᾶσί σε ἐπαινεῖν, καὶ ἄνευ σοῦ διὰ πολλοῦ ἀρέσκειν τι οὐ δύναται· ἀλλ' εἰ εὐπρόσδεκτον καὶ ἡδὺ εἶναι ὀφείλει, ἐπάναγκες τὴν χάριν σου παρεῖναι, καὶ τῷ τῆς σοφίας σου ἀρτύματι ἀρτύεσθαι.

β. Ὧπερ σὺ γλυκαίνῃ, τί αὐτῷ οὐκ εὖ γλυκανθήσεται; καὶ ᾧ σὺ οὐ γλυκαίνῃ, τί αὐτὸν ἡδυνεῖ; ἀλλ' ἐλλείπουσιν ἐν τῇ σοφίᾳ σου, οἱ σοφοὶ τοῦ κόσμου καὶ τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦντες, ὅτι ἐκεῖ πλείστη ματαιότης, καὶ ὧδε ὁ θάνατος εὑρίσκεται. οἱ δὲ διὰ τῆς καταφρονήσεως τῶν κοσμικῶν, καὶ τῆς νεκρώσεως τῆς σαρκὸς ἀκολουθοῦντές σοι, ὄντως σοφοὶ γινώσκονται, ὅτι ἀπὸ τῆς ματαιότητος εἰς τὴν ἀλήθειαν, ἀπὸ τῆς σαρκὸς εἰς τὸ πνεῦμα μεταβαίνουσι. τούτοις ὁ θεὸς γλυκαίνεται, καὶ ὅπουν καλὸν ἐν ταῖς κτίσεσιν εὑρίσκεται, ὅλον εἰς τὴν δόξαν τοῦ κτίστου αὐτῶν ἀναφέρουσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ ἀνόμοιος καὶ πολὺ ἀνόμοιός ἐστιν, ὁ γλυκασμὸς τοῦ κτιστοῦ καὶ τῶν κτισμάτων, τῆς τε ἀϊδιότητος καὶ τοῦ χρόνου, τοῦ κτισθέντος φωτὸς, καὶ τοῦ ἀκτίστου φωτός.

γ. Ὦ φῶς αἰώνιον, πάντα κτισθέντα φῶτα ὑπερβαῖνον· ἄστραψον ἀστραπὴν ὕψοθεν, τὴν τὰ τῆς καρδίας μου ἐνδότατα διερχομένην. καθάρισον, εὔφρανον,

λάμπρυ-

clarifica, & viuifica ſpiritum meum cum ſuis potentijs, ad inhærendum tibi iubiloſis exceſſibus. O quando veniet hæc beata & deſiderabilis hora, vt tua me ſaties præſentia, & ſis mihi omnia in omnibus. Quamdiu hoc datum non fuerit, nec plenum gaudium erit. Adhuc, proh dolor, viuit in me vetus homo, non eſt totus crucifixus, non eſt perfectè mortuus. Adhuc caro concupiſcit fortiter contra ſpiritum, bella mouet inteſtina, nec regnum animæ patitur eſſe quietum.

4. Sed tu, qui dominaris poteſtati maris, & motum fluctuum eius mitigas, exurge, adiuua me. Diſſipa gentes, quæ bella volunt: contere eas in virtute tua: oſtende quæſo magnalia tua, & glorificetur dextera tua: quia non eſt ſpes alia, nec refugium mihi, niſi in te Domine Deus meus.

Cap. XXXV.

Quòd non eſt ſecuritas à tentatione in hac vita.

1. Filii, nunquam ſecurus es in hac vita, ſed quoad vixeris, ſemper arma ſpiritualia tibi ſunt neceſſaria. Inter hoſtes verſaris, & à dextris & à ſiniſtris impugnaris. Si ergo non vteris vndique ſcuto patientiæ, non eris diu ſine vulnere. Inſuper, ſi non ponis cor tuum fixè in me, cum mera voluntate cuncta patiendi propter me, non poteris ardorem iſtum ſuſtinere, nec ad palmam pertingere beatorum. Oportet te ergo viriliter omnia pertran-

λάμπρυνον, καὶ ζωοποίησον τὸ πνεῦμά μου μετὰ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ, εἰς τὸ συνάψαι σοι, τοῖς ἀλαλαγμοῖς ἐκστατικοῖς. ὦ πότε ἡ μακαρία καὶ ἐπιπόθητος ὥρα ἐλεύσεται, ἵνα σὺ κορέσῃς με τῆς παρουσίας σου, καὶ γένῃ μοι τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. ἕως οὗ τοῦτο οὐ δοθήσεται, ἡ χαρὰ πλήρης οὐκ ἔσται. ἔτι, οἴμοι, ἐν ἐμοὶ ὁ πάλαι ἄνθρωπος ζῇ, καὶ οὐχ ὅλος ἐσταυρώθη, οὐδὲ πάντως ἀπέθανεν. ἔτι ἡ σὰρξ ἰσχυρῶς ἐπιθυμοῦσα κατὰ τοῦ πνεύματος, ἔσω πολεμοποιεῖ, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς βασιλείαν εἰρηνεύειν οὐκ ἐᾷ.

δ. Ἀλλὰ σὺ ὁ δεσπόζων τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης, καὶ καταπραΰνων τὰ κύματα αὐτῆς, ἀνάστηθι, καὶ βοήθησόν μοι. διασκόρπισον ἔθνη, τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα· σύντριβε αὐτὰ ἐν τῇ δυνάμει σου· ἐπίδειξον, δέομαι, τὰ μεγαλεῖά σου, καὶ δοξασθήτω ἡ δεξιά σου· ὅτι μοι οὐκ ἔστιν ἄλλη ἐλπίς, οὐδὲ καταφυγή, εἰ μὴ ἐν σοί, κύριε ὁ Θεός μου.

Κεφ. λε'.

Ὅτι οὐκ ἔστι ἀσφάλεια ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ ἐν τούτῳ τῷ βίῳ.

α. ΤΕκνον, οὐδέποτε ἀσφαλῶς ἔχεις ἐν τούτῳ τῷ βίῳ, ἀλλὰ μέχρις οὗ ζήσῃς, τῶν ὅπλων πνευματικῶν χρήζεις. μεταξὺ τῶν ἐχθρῶν διάγεις, καὶ ἐκ τῆς δεξιᾶς καὶ ἀριστερᾶς πολεμῇ. διόπερ, ἐὰν μὴ τῇ τῆς ὑπομονῆς ἀσπίδι πανταχόθεν χρήσῃ, οὐ πολὺν χρόνον ἄτρωτος διατελέσεις. ἔτι δὲ ἐὰν μὴ τὴν καρδίαν σου βεβαίως ἐν ἐμοὶ τιθῇς, σὺν εἰλικρινεῖ θελήματι τοῦ διά με πάντα πάσχειν, οὐ τοῦτον τὸν καύσωνα ὑπομένειν, οὐδὲ τοῦ τῶν μακαρίων ἄθλου ἐπιτυχεῖν δυνήσῃ. χρὴ οὖν σε ἀνδρείως πάντα διελθεῖν,

pertransire, & potenti manu vti aduersus obiecta. Nam vincenti datur manna, & torpenti relinquitur multa miseria.

2. Si quæris in hac vita requiem, quomodo tunc peruenies ad æternam requiem? Non ponas te ad multam requiem, sed ad magnam patientiam. Quære veram pacem, non in terris, sed in cælis: non in hominibus nec in cæteris creaturis, sed in Deo solo. Pro amore Dei, debes omnia libenter subire, labores scilicet & dolores, tentationes, vexationes, anxietates, necessitates, infirmitates, iniurias, oblocutiones, reprehensiones, humiliationes, confusiones, correctiones & despectiones. Hæc iuuant ad virtutem: hæc probant Christi tyronem: hæc fabricant cælestem coronam. Ego reddam mercedem æternam pro breui labore, & infinitam gloriam, pro transitoria confusione.

3. Putas tu, quòd semper habebis pro tua voluntate consolationes spirituales? sancti mei non habuerunt tales, sed multas grauitates, & tentationes varias, magnasque desolationes. Sed patienter sustinuerunt in omnibus, & magis confisi sunt Deo, quàm sibi: scientes, quia non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam promerendam. Vis tu statim habere, quod multi post lachrymas & magnos labores vix obtinuerunt? Expecta Dominum, viriliter age, & confortare: noli diffidere, noli discedere, sed corpus & animam expone constanter pro gloria Dei. Ego reddam plenissimè: ego tecum ero in omni tribulatione.

διελθεῖν, καὶ ἰσχυρᾷ χειρὶ χρήσασθαι κατὰ τῶν ἀντικειμένων. τῷ μὲν γὰρ νικῶντι τὸ μάννα δίδοται, τῷ δὲ ῥᾳθυμοῦντι, πολλὴ ταλαιπωρία καταλείπεται.

β'. Εἰ ἐν ταύτῃ τῇ ζωῇ τὴν ἀνάπαυσιν ζητεῖς, πῶς τότε τῆς ἀναπαύσεως τῆς αἰωνίου ἐπιτεύξῃ; μὴ ἑτοίμασόν σε πρὸς πολλὴν εἰρήνην, ἀλλὰ πρὸς μεγάλην ὑπομονήν. ζήτει τὴν ἀληθινὴν εἰρήνην, οὐκ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὐκ ἐν τοῖς ἀνθρώποις, οὐδὲ ἐν τοῖς ἄλλοις κτίσμασιν, ἀλλ' ἐν τῷ θεῷ μόνῳ. τῆς θεοφιλίας ἕνεκα ὀφείλεις ἀσμένως πάντα καρτερεῖν, πόνους δήπου καὶ ὀδύνας, πειρασμούς, κακώσεις, ἀδημονίας, ἀνάγκας, ἀσθενείας, ὕβρεις, καταλαλιάς, ἐπιτιμήσεις, ταπεινώσεις, αἰσχύνας, παιδεύσεις καὶ καταφρονήσεις. ταῦτα εἰς τὰς ἀρετὰς ὠφελεῖ· ταῦτα τὸν νέον στρατιώτην τοῦ Χριστοῦ δοκιμάζει· ταῦτα τὸν ἐπουράνιον στέφανον κατεργάζεται. ἐγὼ τὸν αἰώνιον μισθὸν ἀντὶ τοῦ βραχέος πόνου, καὶ τὴν ἄπειρον δόξαν ἀντὶ τῆς προσκαίρου αἰσχύνης ἀποδώσω.

γ'. Σὺ δοκεῖς, ὅτι ἀεί, κατὰ τὴν γνώμην, τὰς παρακλήσεις πνευματικὰς ἕξεις; οἱ ἅγιοί μου οὐκ εἶχον τοιαύτας, μᾶλλον δὲ πολλὰς βαρύτητας, καὶ διαφόρους πειρασμούς, καὶ μεγάλας ἐρημώσεις. ἀλλ' ἐκαρτέρησαν ἅπαντα, μᾶλλον τῷ θεῷ, ἢ αὐτοῖς πεποιθότες, καὶ εἰδότες, ὅτι οὐκ ἄξιά ἐστι τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὸ τὴν μέλλουσαν δόξαν μισθοφορεῖν. βούλει σὺ παραυτίκα ἔχειν, ὅ,τι πολλοὶ μετὰ δάκρυα καὶ μεγάλους πόνους μόλις ἔλαβον; ὑπόμεινον τὸν κύριον καὶ ἀνδρίζου, καὶ κραταιώθητι· μὴ ἀπίστει, μὴ ὕπαγε, ἀλλὰ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν εὐσταθῶς ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης παράδος. ἐγὼ πλειότατόν σοι ἀποδώσω· ἐγὼ μετά σου ἐν πάσῃ θλίψει ἕπομαι.

CAP. XXXVI.

Contra vana hominum iudicia.

1. FIli, iacta cor tuum firmiter in Domino, & humanum ne metuas iudicium, vbi te conscientia pium reddit & insontem. Bonum est & beatum taliter pati, nec hoc erit graue humili cordi, & Deo magis, quàm sibiipsi confidenti. Multi multa loquuntur, & ideo parua fides est adhibenda. Sed & omnibus satis esse, non est possibile. Et si Paulus omnibus studuit in Domino placere, & omnibus omnia factus est: tamen etiam pro minimo duxit, quòd ab humano die iudicatus fuerit.

2. Egit satis pro aliorum ædificatione & salute, quantum in se erat & poterat: sed ne ab alijs aliquando iudicaretur, vel non despiceretur, cohibere non potuit. Ideo totum Deo commisit qui totum nouerat: & patientia ac humilitate, contra ora loquentium iniqua, aut etiam vana ac mendosa cogitantium, atque pro libitu suo quæque jactantium se defendit. Respondit tamen interdum, ne infirmis, ex sua taciturnitate generaretur scandalum.

3. Quis tu, vt timeas à mortali homine? Hodie est, & cras non comparet. Deum time, & hominum terrores non expauesces. Quid potest aliquis in te verbis, aut iniurijs? Sibi potius nocet, quàm tibi: nec

Κεφ. λϛʹ.

Κατὰ τῶν ματαίων κρίσεων τῶν ἀνθρώπων.

αʹ. Τέκνον, τὴν καρδίαν σου ἐν τῷ κυρίῳ βεβαίως τίθατι, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην κρίσιν μὴ φοβοῦ, τῆς συνειδήσεώς σε εὐσεβῆ καὶ ἄκακον ὄντα ἀποδεικνυούσης. καλὸν καὶ μακάριόν ἐστιν οὕτω πάσχειν, καὶ τοῦτο τῷ ταπεινῷ τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπὶ τῷ θεῷ μᾶλλον, ἢ ἐφ' αὐτῷ πεποιθότι, οὐ χαλεπὸν ἔσται. πολλοὶ πολλὰ λαλοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο χρὴ αὐτοῖς ὀλίγον πιστεύειν. καίτοι καὶ πᾶσιν ἀρέσκειν οὐ δυνατόν ἐστιν. εἰ καὶ ὁ Παῦλος πᾶσιν ἐν τῷ κυρίῳ ἀρέσκειν ἐσπούδασε, καὶ πᾶσι τὰ πάντα γέγονεν, αὐτῷ μέν τοι καὶ εἰς ἐλάχιστον ἦν, ἵν' ὑπ' ἀνθρωπίνης ἡμέρας ἀνακριθῇ.

βʹ. Ἐξαρκούντως ἐπόνησεν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων οἰκοδομῆς καὶ σωτηρίας, ὅσον ἐπ' αὐτῷ καὶ δυνατὸν ἦν· τὸ δὲ κριθῆναί ποτε αὐτὸν ὑπ' ἄλλων, ἢ οὐ καταφρονηθῆναι, κωλύειν οὐκ ἠδυνήθη. διόπερ πᾶν τῷ θεῷ τῷ πᾶν εἰδότι ἐπέτρεψε, καὶ τῇ ὑπομονῇ καὶ τῇ ταπεινότητι, πρὸς τὰ στόματα τῶν ἄδικα λαλούντων, ἢ τὰ μάταια καὶ ψευδῆ ἐννοούντων, καὶ καθὼς αὐτοῖς φίλον ἐστὶν, ὁτιοῦν ἐξαγορευόντων, ὑπὲρ αὐτοῦ ἠπολογήσατο. ἀλλ' ὅμως ποτὲ ἀπεκρίθη, τοῦ μὴ τοῖς ἀσθενέσι, διὰ τῆς αὐτοῦ σιωπῆς σκάνδαλον ἐμποιηθῆναι.

γʹ. Τίς εἶ σὺ, ἵνα φοβηθῇς ἀπὸ θνητοῦ ἀνθρώπου; σήμερόν ἐστι, καὶ αὔριον οὐ φαίνεται. τὸν θεὸν φοβοῦ, καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων δείματι οὐκ ἐκπληχθήσῃ. τί ἂν τις τοῖς ῥήμασιν, ἢ ταῖς ὕβρεσι κακῶς σε ποιήσειε; μᾶλλον ἑαυτὸν, ἢ σε βλάπτει·

καὶ τὸ

nec poterit iudicium Dei effugere, quicunque est ille. Tu habe Deum præ oculis, & noli contendere verbis querulosis. Quòd si ad præsens tu videris succumbere, & confusionem pati, quam non meruisti : ne indigneris ex hoc, neque per impatientiam minuas coronam tuam : sed ad me potiùs respice in cælum, qui potens sum eripere, ab omni confusione & iniuria, & vnicuique reddere secundùm opera sua.

Cap. XXXVII.

De pura & integra resignatione sui, ad obtinendam cordis libertatem.

1. FIli, relinque te, & inuenies me. Sta sine electione & omni proprietate, & lucraberis semper. Nam & adijcietur tibi amplior gratia, statim vt te resignaueris, nec resumpseris. Domine, quotiens me resignabo, & in quibus me relinquam ? Semper, & omni hora : sicut in paruo sic & in magno. Nihil excipio, sed in omnibus te nudatum inueniri volo. Alioquin, quomodo poteris esse meus, & ego tuus, nisi fueris ab omni propria voluntate intùs & foris spoliatus ? Quantò celeriùs hoc agis, tantò meliùs habebis : & quantò pleniùs & synceriùs, tantò mihi plùs placebis, & amplius lucraberis.

2. Quidam se resignant, sed cum aliqua exceptione : non enim plenè Deo confidunt, ideò sibi prouidere satagunt. Quidam etiam primò totum offerunt, sed postea tentatione pulsati, ad propria redeunt, ideò minimè in virtute proficiunt. Hi ad veram puri cordis

καὶ τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ ἐκφυ[illegible] ἢ. σὺ τὸν θεὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχε, καὶ τοῖς λόγοις περιμεμφέσι μὴ ἔριζε. εἰ δὲ εἰς τὸ παρὸν ἡττᾶσθαι καὶ ἀδίκως καταισχύνεσθαι δοκεῖς, μὴ τούτῳ δυσχέραινε, μηδὲ δι' ἀτλησίας τὸν στέφανόν σου μείου· ἀλλὰ μᾶλλον ἀνάβλεπε εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς ἐμὲ τὸν δυνάμενον πάσης αἰσχύνης καὶ ὕβρεως ἀπαλλάττειν, καὶ ἑκάστῳ ἀποδιδόναι κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Κεφ. λζ'.

Περὶ τῆς καθαρᾶς καὶ τελείας ἐπιτροπῆς αὐτοῦ πρὸς τὸ τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας τῆς καρδίας.

α'. Τέκνον, ἄφες σε, καὶ εὑρήσεις με· ἀπαλλάγητε τῆς διακρίσεως, καὶ πάσης ἰδιότητος, καὶ ἀεὶ κερδήσεις. καὶ γὰρ καὶ μείζων χάρις προστεθήσεταί σοι, ἅμα ἂν σε ἐπιτρέψῃς, καὶ οὐκ ἀναλήψῃ. κύριε, ποσάκις ἐπιτρέψω με, καὶ ἐν τίσι καταλείψω με; πάντοτε καὶ πάσῃ τῇ ὥρᾳ, ὡς ἐν μικρῷ, οὕτως ἐν μεγάλῳ· μηδὲν ἐξαιρῶν, ἀλλ' ἐν πᾶσι γυμνωθέντα σε εὑρίσκεσθαι ἐθέλω. εἰ δὲ μή, πῶς δυνήσῃ εἶναι ἐμός, κἀγὼ σός, ἐὰν μὴ ἀπάσης ἰδίας βουλήσεως, ἔσω καὶ ἔξω, ἀποστερηθῇς; ὅσῳ τάχιον τοῦτο ποιεῖς, τοσούτῳ βέλτιον ἕξεις· καὶ ὅσῳ πλέον καὶ εἰλικρινέστερον, τοσούτῳ μᾶλλον ἀρέσεις μοι, καὶ μεῖζον κερδήσεις.

β'. Οἱ μὲν ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσιν, ἀλλὰ σύν τινι ἐξαιρέσει· οὐ γὰρ πάντως τῷ θεῷ πεποίθασι, διὸ ἑαυτῶν προνοεῖν σπουδάζουσιν. οἱ δὲ καὶ πρῶτον τὸ ὅλον προσφέρουσιν, ἀλλὰ τῷ πειρασμῷ βληθέντες, εἰς τὰ ἴδια ἀναστρέφουσι, διόπερ τῇ ἀρετῇ ἥκιστα προκόπτουσιν, οὔτε τῆς ἀληθινῆς

cordis libertatem, & iucundæ familiaritatis meæ gratiam non pertingent: nisi integra resignatione, & quotidiana sui immolatione priùs facta: sine qua non stat, nec stabit vnio fruitiua.

3. Dixi tibi sæpissimè, & nunc iterum dico. Relinque te, resigna te, & frueris magna interna pace. Da totum pro toto: nihil exquire, nil repete: sta purè & inhæsitanter in me, & habebis me. Eris liber in corde, & tenebræ non conculcabunt te. Ad hoc conare, hoc ora, hoc desidera: vt ab omni proprietate possis exspoliari, & nudum Iesum sequi: tibi mori, & mihi æternaliter viuere. Tunc deficient omnes vanæ phantasiæ, conturbationes iniquæ, & curæ superfluæ. Tunc etiam recedet immoderatus timor, & inordinatus amor morietur.

CAP. XXXVIII.

De bono regimine in externis, & recursu ad Deum in periculis.

1. FIli, ad istud diligenter tendere debes, vt in omni loco & actione, seu occupatione externa, sis interius liber, & tuiipsius potens, & sint omnia sub te, & tu non sub eis: vt sis Dominus actionum tuarum & rector, non seruus nec emptitius: sed magis exemptus verusque Hebræus, in sortem ac libertatem transiens filiorum Dei: qui stant super præsentia, & speculantur æterna: qui transitoria sinistro intuentur oculo, & dextro cælestia: quos temporalia non trahunt ad inhærendum, sed trahunt ipsi

magis

ἐλευθερίας τῆς καρδίας, καὶ τῆς χάριτος τῆς ἡδείας οἰκειότητός μου οὐκ ἐφίξονται, ἐὰν μὴ πρότερον παντελῶς ἑαυτοὺς ἐπιτρέψωσι, καὶ καθ' ἑκάστην θύσωσιν, ἄνευ γὰρ ἡ ἀπολαυστικὴ ἕνωσις οὐχ ὑφίσταται, οὐδὲ ὑποστήσεται.

γʹ. Ἔλεξά σοι πλειστάκις, καὶ νῦν αὖθις λέγω. ἄφες σε, ἐπίτρεψόν σε, καὶ μεγάλης εἰρήνης τῆς ἔσω ἀπολαύσεις. δὸς τὸ ὅλον ἀντὶ τοῦ ὅλου· μηδὲν ἐπιζήτησον· μηδὲν ἀνάλαβε· ἔμμεινόν μοι καθαρῶς καὶ ἀναμφισβητήτως, καὶ ἕξεις με. ἔσῃ ἐλεύθερος τῇ καρδίᾳ, καὶ τὸ σκότος οὐ καταπατήσει σε. περὶ τούτου σπούδασον, τοῦτο ἀξίωσον, τοῦτο ἐπιθύμησον, ἵν' οἷός τ' ᾖς πάσης ἰδιότητος ἀποστερηθῆναι, καὶ γυμνὸς τῷ γυμνῷ Ἰησοῦ ἀκολουθῆσαι· σοὶ ἀποθανεῖν, κἀμοὶ ἀϊδίως ζῆσαι. τότε πᾶσαι μάταιαι φαντασίαι, αἱ ἄδικοι συνταράξεις, καὶ περισσαὶ φροντίδες ἐλλείψουσι. τότε ὁ ἄμετρος φόβος ἀπελεύσεται, καὶ ἡ ἄτακτος ἀγάπη ἀποθανεῖται.

Κεφ. λη΄.

Περὶ τῆς καλῆς οἰκονομίας τῶν ἐν τοῖς ἔξω, καὶ τῆς καταφυγῆς πρὸς τὸν θεὸν ἐν τοῖς κινδύνοις.

αʹ. ΤΕκνον, τούτου δεῖ σε στοχάζεσθαι, ἵν' ἐν παντὶ τόπῳ καὶ πράξει, ἢ ἀσχολίᾳ τῇ ἔξω, ἔσω ἐλεύθερος ᾖς, καὶ σεαυτοῦ κρατήσῃς, καὶ πάντα ὑπό σοι γένηται, καὶ σὺ οὐχ ὑπ' αὐτοῖς· ὅπως τῶν πράξεών σου κύριος καὶ εὐθυντὴς ὑπάρξῃς, οὐ δοῦλος, οὐδ' ἀργυρώνητος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐξαίρετος καὶ ἀληθινὸς ἑβραῖος, εἰς τὸν κλῆρον καὶ τὴν ἐλευθερίαν τῶν τοῦ θεοῦ υἱῶν μεταβαίνων· οἵτινες ὑπὲρ τῶν παρόντων ἱστάμενοι τὰ αἰώνια θεωροῦσι· καὶ τὰ μὲν πρόσκαιρα τῷ ἀριστερῷ, τὰ δ' οὐράνια τῷ δεξιῷ ὀφθαλμῷ προσβλέπουσιν· οὓς τὰ βιωτικὰ εἰς τὸ συνάπτειν οὐχ ἑλκύει, ἀλλ' αὐτοὶ ἐκεῖνα

magis ea ad bene ſeruiendum: prout ordinata ſunt à Deo, & inſtituta à ſummo opifice: qui nil inordinatum in ſua reliquit creatura.

2. Si etiam in omni euentu ſtas, non in apparentia externa, nec oculo carnali luſtras viſa vel audita: ſed mox in qualibet cauſa intras cum Moyſe in tabernaculum, ad conſulendum Dominum: audies nonnunquam diuinum reſponſum, & redibis inſtructus de multis præſentibus & futuris. Semper enim Moyſes, recurſum habuit ad tabernaculum, pro dubijs & quæſtionibus ſoluendis: fugitq́ue ad orationis adiutorium, pro periculis & improbitatibus hominum ſubleuandis. Sic & tu confugere debes, in cordis tui ſecretarium, diuinum intentiùs implorando ſuffragium. Propterea namque Ioſue & filij Iſraël, à Gabaonitis leguntur decepti: quia os Domini prius non interrogauerunt, ſed nimiùm creduli dulcibus ſermonibus, falſa pietate deluſi ſunt.

Cap. XXXIX.

Quod homo non ſit importunus in negotijs.

1. Fili, committe mihi ſemper cauſam tuam, ego bene diſponam in tempore ſuo. Expecta ordinationem meam, & ſenties inde profectum. Domine, ſatis libenter tibi omnes res committo, quia parum poteſt cogitatio mea proficere. Vtinam non multùm adhærerem futuris euentibus, ſed ad beneplacitum tuum incunctanter me offerrem.

2. Fili, ſæpè homo rem aliquam vehementer agitat,

εἰς τὸ καλῶς δουλεύειν ἐπάγουσι, καθὼς ... στου κτίστου ἐτάχθη καὶ κατεστάθη, ὃς μηδὲν ἄτακτον ἐν τῷ κτίσματι αὐτοῦ κατέλιπε.

β'. Πρὸς τούτοις, ἐὰν ἐν παντὶ συμβαίνοντι οὐκ ἀγαπήσῃς τῷ φαίνεσθαι τῷ ἔξω, οὐδὲ τὰ ἑωραμένα ἢ ἠκουσμένα τῷ ὀφθαλμῷ σαρκικῷ ἐπιβλέψῃς· ἀλλ᾽ ἐν ἑκάστῳ πράγματι παραχρῆμα σὺν Μουσῇ εἰς τὴν σκηνὴν εἰσέλθῃς, τοῦ πυθέσθαι παρὰ κυρίου· χρηματισθήσῃ ποτὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ πολλὰ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων καταμαθὼν διαστρέψεις. ἀεὶ γὰρ ὁ Μωυσῆς εἰς τὴν σκηνὴν συνέδραμε, τοῦ τὰς ἀπορίας καὶ τὰ ζητήματα λύεσθαι· καὶ πρὸς τὴν τῆς δεήσεως βοήθειαν κατέφυγε τοῦ τῶν κινδύνους, καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων πονηρίας ἀφαιρεῖσθαι. οὕτω καὶ σὺ εἰς τὸ τῆς καρδίας σου ἀπόκρυφον καταφυγεῖν ὀφείλεις, τὴν τοῦ θεοῦ βοήθειαν ἀκριβέστερον ἐπικαλῶν. διὰ ταῦτα γὰρ ὁ Ἰησοῦς, καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ὑπὸ τῶν Γαβαωνιτῶν ἠπατημένοι διαγινώσκονται, ὅτι τὸ στόμα τοῦ κυρίου πρότερον οὐκ ἐπηρώτησαν, ἀλλ᾽ ἄγαν ταχυπειθεῖς τῇ αὐτῶν εὐλογίᾳ γινόμενοι, τῇ ψευδοσεβείᾳ ἐνεπαίχθησαν.

Κεφ. λθ'.

Ἵν᾽ ὁ ἄνθρωπος ἐν τοῖς πράγμασι μὴ ᾖ ἄκαιρος.

α'. Τέκνον, ἐπίστρεψόν μοι ἀεὶ τὴν δίκην σου· ἐγὼ ἐν τῷ καιρῷ αὐτῆς καλῶς διαθήσω. προσδόκα τὴν ἐμοῦ διάταξιν, κἀκεῖθεν αἰσθήσῃ τῆς ἐπιδόσεως. κύριε, πάνυ ἀσμένως σοι πάντα τὰ πράγματά μου ἐπιτρέπω, ὅτι ἡ διάνοιά μου ὀλίγον συμφέρειν δύναται. εἴθε οὐ πολὺ τοῖς μέλλουσι συμβήσεσθαι συνῆπτον, ἀλλ᾽ εἰς τὴν εὐδοκίαν σου ἀμελλητί με προσέφερον.

β'. Τέκνον, πολλάκις μὲν ὁ ἄνθρωπος λίαν στρέφει τι,

agitat, quam desiderat: sed cùm ad eam peruenerit, aliter sentire incipit: quia affectiones circa idem, non sunt durabiles: sed magis de vno ad aliud impellunt. Non est ergo minimum, etiam in minimis, seipsum relinquere.

3. Verus profectus hominis, est abnegatio suiipsius: & homo abnegatus, valde liber est & securus. Sed antiquus hostis, omnibus bonis aduersans, à tentatione non cessat: sed die noctuque graues molitur insidias, si fortè in laqueum deceptionis possit præcipitare incautum. Vigilate & orate, dicit Dominus, vt non intretis in tentationem.

CAP. XL.

Quòd homo nihil boni ex se habet, & de nullo gloriari potest.

1. DOmine, quid est homo, quòd memor es eius: aut filius hominis, quia visitas eum? Quid promeruit homo, vt dares illi gratiam tuam? Domine, quid possum conqueri, si me deseris? aut quid iustè obtendere possum, si, quod peto, non feceris? Certè hoc in veritate cogitare possum, & dicere: Domine nihil sum, nihil possum, nihil boni ex me habeo; sed in omnibus deficio, & ad nihil semper tendo. Et nisi à te fuero adiutus, & interiùs informatus, totus efficior tepidus & dissolutus.

2. Tu autem Domine, semper idem ipse es, & permanes in æternum semper bonus, iustus & sanctus, benè, iustè ac sanctè agens omnia, & disponens in sapientia. Sed ego, qui ad defectum sum magis pronus

quam

ὄπιν⊖ ἐπιθυμεῖ· αὐτὸ δ' ἐφικόμενος ἄλλως γινώσκειν ἄρχεται, ὅτι τὰ πάθη περὶ τὸ αὐτὸ οὐ μόνιμά ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀφ' ἑνὸς εἰς ἄλλο ἐπάγει. οὐ τοίνυν ἐλάχιστόν ἐστι, καὶ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις ἑαυτὸν καταλιπεῖν.

γ'. Η ἀληθινὴ ἐπίδοσις τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ τὸ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτόν· καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀπαρνησάμενος ἑαυτόν, πάνυ ἐλεύθερος καὶ ἀσφαλὴς ὑπάρχει. ὁ δὲ παλαιὸς ἐχθρός, πᾶσιν ἀγαθοῖς ἀντικείμενος, οὐ λήγει πειράζων, ἀλλὰ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς δεινῶς ἐπιβουλεύει, εἰ ἄρα εἰς τὴν τῆς ἀπάτης παγίδα τὸν ἀφύλακτον καταβάλλειν δυνήσεται. γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, φησὶν ὁ κύριος, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν.

Κεφ. μ'.

[Οτι ὁ ἄνθρωπος μηδὲν ἀγαθὸν ἐξ αὐτοῦ ἔχει, καὶ ἐπ' οὐδενὶ καυχᾶσθαι δύναται.

α. ΚΥριε, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; πῶς ἠξιώθη ὁ ἄνθρωπος τοῦ δοθῆναι αὐτῷ τὴν χάριν σου; κύριε, τί δύναμαι μεμψιμοιρεῖν, εἰ ἐμὲ καταλείπεις; ἢ τί εἰκότως ἔχω προφασίζεσθαι, εἰ ὅ,τι ἀξιῶ, οὐ ποιεῖς; τοῦτο δὴ ἀληθῶς λογίζεσθαι, καὶ λέγειν δύναμαι· κύριε, μηδέν εἰμι, μηδὲν ἰσχύω, μηδὲν ἀγαθὸν ἐξ ἐμοῦ ἔχω, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἐλλείπω, καὶ ἀεὶ εἰς μηδὲν φέρομαι. καὶ ἐὰν μὴ βοηθήσῃς μοι, καὶ ἔσω παιδεύσῃς, ὅλως χλιαίνομαι καὶ ἐκλύομαι.

β'. Σὺ δὲ κύριε, ἀεὶ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα μένεις ἀεὶ ἀγαθός, δίκαιος καὶ ἅγιος, ἀγαθῶς, δικαίως καὶ ἁγίως πάντα πράττων, καὶ σοφῶς πάντα διατιθείς. ἐγὼ δέ, ὁ εἰς ἔκλειψιν μᾶλλον ἢ εἰς

quàm ad profectum, non sum semper in vno statu perdurans: quia semper tempora mutantur super me. Verumtamen citò meliùs fit, cùm tibi placuerit, & manum porrexeris adiutricem: quia tu solus sine humano suffragio poteris auxiliari, & in tantum confirmare, vt vultus meus ampliùs in diuersa non mutetur, sed in te vno cor meum conuertatur, & quiescat.

3. Vnde, si bene scirem omnem humanam consolationem abijcere, siue propter deuotionem adipiscendam, siue propter necessitatem, qua compellor te quærere, quia non est homo qui me consoletur: tunc possem meritò de gratia tua sperare, & de dono nouæ consolationis exultare.

4. Gratias tibi ago, vnde totum venit, quotiescunque mihi bene succedit. Ego autem vanitas & nihilum ante te, inconstans homo & infirmus. Vnde ergo possum gloriari, aut cur appeto reputari? Nunquid de nihilo? & hoc vanissimum est. Verè inanis gloria, mala pestis, vanitas maxima: quia à vera trahit gloria, & cælesti spoliat gratia. Dum enim homo complacet sibi, displicet tibi: dum inhiat laudibus humanis, priuatur veris virtutibus.

5 Est autem vera gloria & exultatio sancta gloriari in te, & non in se: gaudere in nomine tuo, non in propria virtute, nec in aliqua creatura delectari, nisi propter te. Laudetur nomen tuum, non meum: magnificetur opus tuum, non meum: benedicatur nomen sanctum tuum, nihil mihi autem attribuatur de laudibus hominum. Tu gloria mea, tu exultatio cordis mei: In te gloriabor & exul-

προσκοπὴν ῥέπων, οὐχ ἀεὶ ὡσαύτως διατελῶ [illegible] ροι ἐπί με ἀεὶ ἀλλάττονται. καίτοι ἀληθέως βέλτιον ἔχω, ἐὰν ἀρέσῃ σοι, καὶ ἐὰν ἀντιλήψῃ μου· ὅτι σὺ μόνος ἄνευ τῆς ἀνθρωπίνης συνεργείας δυνήσῃ βοηθεῖν, καὶ οὕτω κραταιοῦν, ἵνα τὸ πρόσωπόν μου οὐ συμπέσῃ ἔτι, ἀλλ' εἰς σὲ ἡ καρδία μου ἐπιστραφῇ, καὶ εἰρηνεύσῃ.

γʹ. Διόπερ εἰ εὖ ἐπισταίμην πᾶσαν ἀνθρωπίνην παραμυθίαν ἀποβάλλειν, ἤτοι διὰ τὸ τυχεῖν τῆς εὐλαβείας, ἤτοι δι' ἀνάγκην, ᾗ ζητεῖν σε ἀναγκάζομαι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ὁ παρακαλῶν με· τότε εἰκότως ἂν τὴν χάριν σου ἐλπίζειν, καὶ τῷ δώρῳ τῆς καινῆς παραμυθίας ἀγαλλιᾶσθαι ἠδυνάμην.

δʹ. Εὐχαριστῶ σοι, ἀφ' οὗ πᾶν ἔρχεται, ὁποσάκις οὖν μοι καλῶς προσκευρεῖ. ἐγὼ δὲ ματαιότης καὶ μηδὲν ἐνώπιόν σου, ἀσταθὴς καὶ ἀσθενὴς ἄνθρωπος· πόθεν οὖν καυχᾶσθαι, ἢ διά τί τιμᾶσθαι ἐπιποθῶ; ἆρά γε περὶ μηδενός; καὶ τοῦτο ματαιότατόν ἐστιν. ὄντως ἡ κενοδοξία, κακὸς λοιμὸς, μεγίστη ματαιότης, ὅτι τῆς ἀληθινῆς δόξης ἀφελκύει, καὶ τῆς οὐρανίου χάριτος ἀποστερεῖ. ἐν τῷ μὲν γὰρ ἄνθρωπον ἀρέσκειν αὐτῷ, ἀπαρέσκει σοι· ἐν τῷ δὲ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐπαίνοις ἐγχαίρειν, τὰς ἀληθινὰς ἀρετὰς ἀφαιρεῖται.

εʹ. Ἡ δ' ἀληθινὴ δόξα, καὶ ἁγία ἀγαλλίασίς ἐστι τὸ ἐπὶ σοὶ καυχᾶσθαι, ἀλλ' οὐκ ἐφ' ἑαυτῷ· χαίρειν ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἰδίᾳ δυνάμει, οὐδέ τινι κτίσει, πλὴν ἢ διά σε, ἥδεσθαι. ἐπαινείσθω τὸ ὄνομα σὸν, οὐ τὸ ἐμόν· μεγαλυνέσθω τὸ ἔργον σὸν, οὐ τὸ ἐμόν· εὐλογείσθω τὸ ἅγιον ὄνομά σου, ἐμοὶ δὲ μηδὲν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων αἰνέσεως ἀνατιθέσθω. σὺ δόξα μου, σὺ ἀγαλλίασις τῆς καρδίας μου. ἐν σοὶ καυχήσομαι, καὶ

exultabo tota die, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis.

6. Quærant Iudæi gloriam, quæ ab inuicem est: ego hanc requiram, quæ à solo Deo est. Omnis quidem gloria humana, omnis honor temporalis, omnis altitudo mundana, æternæ gloriæ tuæ comparata, vanitas est & stultitia. O veritas mea & misericordia mea. Deus meus, Trinitas beata, tibi soli laus, honor, virtus & gloria, per infinita sæculorum sæcula.

CAP. XLI.

De contemptu omnis temporalis honoris.

1. FIli, noli tibi attrahere, si videas alios honorari & eleuari, te autem despici & humiliari. Erige cor tuum ad me in cælum, & non contristabit te contemptus hominum in terris. Domine, in cæcitate sumus, & vanitate citò seducimur. Si rectè me inspicio, nunquam mihi facta est iniuria ab aliqua creatura, vnde nec iustè habeo conqueri aduersum te.

2. Quia autem frequenter & grauiter peccaui tibi, meritò armatur contra me omnis creatura. Mihi igitur iustè debetur confusio & contemptus; tibi autem laus, honor & gloria. Et nisi me ad hoc præparauero, quòd velim libenter ab omni creatura despici & relinqui, atque penitus nihil videri, non possum interiùs pacificari & stabiliri, nec spiritualiter illuminari, neque plenè tibi vniri.

CAP. XLII.

Quòd pax non est ponenda in hominibus.

1. Fili,

ἀγαλλιάσω ὅλην τὴν ἡμέραν, ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ μηδαμῶς, εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου.

ϛ'. Ζητείτωσαν οἱ Ἰουδαῖοι τὴν δόξαν τὴν ἀπ' ἀλλήλων· ἐγὼ τὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ μόνου ζητήσω. πᾶσα γὰρ ἀνθρωπίνη δόξα, πᾶσα τιμὴ πρόσκαιρος, πᾶν ὕψος κοσμικὸν πρὸς τὴν αἰώνιον δόξαν σου συμβληθὲν, ματαιότης καὶ μωρία ἐστιν. ὦ ἀλήθειά μου, καὶ ἔλεός μου, θεός μου, μακαρία τριὰς, σοὶ μόνῃ ἔπαινος, τιμὴ, δύναμις καὶ δόξα, εἰς ἀπείρους αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Κεφ. μα'.

Περὶ τοῦ καταφρονεῖν πάσης προσκαίρου τιμῆς.

α'. Τέκνον, μὴ λυποῦ, εἰ τοὺς μὲν ἄλλους τιμωμένους, καὶ ὑψουμένους, σὲ δὲ καταφρονούμενον καὶ ταπεινούμενον ὁρᾷς. ἔγειρε τὴν καρδίαν σου πρὸς ἐμὲ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ οὐ λυπήσει σε ἡ καταφρόνησις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς. κύριε, ἐν τῇ τυφλότητι ἐσμεν, καὶ τῇ ματαιότητι ταχέως ἀπατώμεθα. εἰ καλῶς ἐπιβλέπω με, οὐδέποτε ὑπό τινος κτίσεως ὑβρίσθην, διὸ οὐκ ἔχω εἰκότως μέμφεσθαί σοι.

β'. Ὅτι δὲ συχνῶς καὶ δεινῶς ἥμαρτόν σοι, δικαίως κατά μου πᾶσα κτίσις ὁπλίζεται. διὰ ταῦτα αἰσχύνη καὶ καταφρόνησίς μοι πρέπει· σοὶ δ' ἔπαινος, τιμὴ, καὶ δόξα· καὶ ἐὰν μὴ ἕτοιμος γένωμαι ὑπὸ πάσης κτίσεως ἀσμένως καταφρονεῖσθαι καὶ καταλείπεσθαι, καὶ πάντως ἐξουδενοῦσθαι, οὐχ οἷός τ' εἰμὶ ἔσω εἰρηνεύειν καὶ βεβαιοῦσθαι, οὐδὲ πνευματικῶς φωτίζεσθαι, καὶ τελείως συνενοῦσθαι.

Κεφ. μβ'.

Ὅτι οὐ δεῖ τὴν εἰρήνην ἐν τοῖς ἀνθρώποις τιθέναι.

α'. Τέκνον,

1. Fili, si ponis pacem tuam cum aliqua persona, propter tuum sentire & conuiuere, instabilis eris & implicatus. Sed si recursum habes, ad semper viuentem & manentem veritatem, non contristabit amicus recedens aut moriens. In me debet amici dilectio stare: & propter me diligendus est, quisquis tibi bonus visus est, & multùm charus in hac vita. Sine me non valet, nec durabit amicitia: nec est vera & munda dilectio, quam ego non copulo. Ita mortuus debes esse, talibus affectionibus dilectorũ hominum, vt (quantum ad te pertinet) sine omni humano optares esse consortio. Tantò homo Deo magis appropinquat, quantò ab omni solatio terreno longiùs recedit. Tantò etiam altiùs ad Deum ascendit, quantò profundiùs in se descendit, & plus sibiipsi vilescit.

2. Qui autem sibi aliquid boni attribuit, gratiam Dei in se venire impedit: quia gloria spiritus sancti, cor humile semper quærit. Si scires te perfectè annihilare, atque ab omni creato amore euacuare, tunc deberem in te cum magna gratia emanare. Quando tu respicis ad creaturas, subtrahitur tibi aspectus creatoris. Disce te in omnibus, propter creatorem vincere, tunc ad diuinam valebis cognitionem pertingere. Quantumcumque modicum sit, si inordinatè diligitur & respicitur, retardat à summo bono, & vitiat.

Cap. XLIII.

Contra vanam & secularem scientiam.

1. Fili, non te moueant pulchra & subtilia hominum dicta. Non enim est regnum

Dei

α. ΤΕκνον, εἰ πρός τινα ἄνθρωπον
διὰ τὸ δοκοῦν σοι καὶ συνομιλεῖν, ἀβέβαιος ἔσῃ, καὶ ἐμπλεχθήσῃ. εἰ δὲ πρὸς τὴν ἀεὶ ζῶσαν, καὶ διαμένουσαν ἀλήθειαν καταφεύγεις, οὐ λυπήσει σε ὁ φίλος ἀπερχόμενος ἢ τελευτῶν. ἐν ἐμοὶ τὴν τοῦ φίλου ἀγάπην δεῖ κεῖσθαι· καὶ διά με ἀγαπητέος ὑπάρχει, ὅστις ἂν ἀγαθὸς καὶ πολὺ προσφιλὴς ἐν ταύτῃ τῇ ζωῇ σοι εἶναι δόξῃ. ἄνευ μου οὐκ ἰσχύει ἡ φιλία, οὐδὲ διαμένει· οὐδ' ἀληθινὴ καὶ καθαρὰ ἀγάπη ἐστὶν, ἣν ἐγὼ οὐ ποιῶ. οὕτω δεῖ σε τούτοις τοῖς πάθεσι τῶν ἀνθρώπων ἀγαπητῶν ἀποθανεῖν, ὥστε (τὸ κατά σε) ἄνευ πάσης ἀνθρωπίνης ὁμιλίας ζῆν ἐπεπόθεις. τοσούτῳ μᾶλλον ὁ ἄνθρωπος τῷ θεῷ πλησιάζει, ὅσῳ πορρωτέρω πάσης τῆς ἐπιγείου παρακλήσεως ἀφίσταται. ἔτι δὲ, τοσούτῳ ὑψηλότερον πρὸς τὸν θεὸν ἀναβαίνει, ὅσῳ βαθύτερον εἰς ἑαυτὸν καταβαίνει, καὶ πλέον ἑαυτῷ εὐτελίζεται.

β. Ὁ δ' ἀγαθόν τι ἑαυτῷ ἀνατιθεὶς, τὴν τοῦ θεοῦ χάριν κωλύει ἐλθεῖν· ὅτι ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος, ταπεινὴν καρδίαν ἀεὶ ζητεῖ. εἰ ἐπίστασο τελείως σε ἐξουδενῆσαι, καὶ πάσης κτισθείσης ἀγάπης ἀποκενῶσαι, τότε ἔδει με σὺν μεγάλῃ χάριτί σοι ἐγχυθῆναι. ὅτε σὺ πρὸς τὰς κτίσεις ἀποβλέπεις, ὑφελκύεταί σοι ἡ ὄψις τοῦ κτίστου. μάνθανε ἐν πᾶσι διὰ τὸν κτίστην νικῆσαί σε, τότε τῆς θείας γνώσεως ἐφικέσθαι δυνήσῃ. ὁπηλικονοῦν ἂν ᾖ, εἰ ἀτάκτως ἀγαπᾶται καὶ τιμᾶται, τοῦ μεγίστου ἀγαθοῦ ἐπέχει, καὶ κακύνει.

Κεφ. μγ'.

Κατὰ τῆς κενῆς καὶ κοσμικῆς ἐπιστήμης.

α. ΤΕκνον, μὴ κινήθητι τῇ καλλιλογίᾳ καὶ λεπτολογίᾳ τῶν ἀνθρώπων. οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἐστὶν ἡ βασι-

λεία τοῦ

Dei in sermone, sed in virtute. Attende verba mea, quæ corda accendunt, & mentes illuminant: inducunt compunctionem, & variam ingerunt consolationem. Nunquam ad hoc legas verbum, vt doctior aut sapientior possis videri. Stude mortificationi vitiorum, quia hoc ampliùs tibi proderit, quàm notitia multarum difficilium quæstionum.

2. Quum multa legeris & cognoueris, ad vnum semper oportet redire principium. Ego sum, qui doceo hominem scientiam: & clariorem intelligentiam paruulis tribuo, quàm ab homine possit doceri. Cui ego loquor, citò sapiens erit, & multùm in spiritu proficiet. Væ eis, qui multa curiosa ab hominibus inquirunt, & de via mihi seruiendi parùm curant. Veniet tempus, quando apparebit magister magistrorum Christus, Dominus Angelorum, cunctorum auditurus lectiones, hoc est, singulorum examinaturus conscientias. Et tunc scrutabitur Hierusalem in lucernis, & manifesta erunt abscondita tenebrarum, tacebuntque argumenta linguarum.

3. Ego sum, qui humilem in puncto eleuo mentem, vt plures æternæ veritatis capiat rationes, quàm si quis decem annis studuisset in scholis. Ego doceo sine strepitu verborum, sine confusione opinionum, sine fastu honoris, sine pugnatione argumentorum. Ego sum, qui doceo terrena despicere, præsentia fastidire, æterna quærere, æterna sapere: honores fugere,

λεία τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει. πρόσεχε τοῖς λόγοις μου, τοῖς τὰς καρδίας μὲν ἀνάπτουσι, καὶ τὰς ψυχὰς φωτίζουσι, τὴν δὲ σύννυξιν εἰσάγουσι καὶ ποικίλην παραμυθίαν ἐμποιοῦσιν. οὐδέποτε διὰ τοῦτο ῥῆμα ἀνάγνωθι, ἵνα παιδευτότερος ἢ σοφώτερος φανῆναι δυνηθῇς. περὶ τὴν νέκρωσιν τῶν κακιῶν σπούδαζε, ὅτι τοῦτο μᾶλλον ὠφελήσει σε, ἢ ἡ πολλῶν χαλεπῶν ζητημάτων γνῶσις.

β'. Σὲ τὰ πολλὰ ἀναγνόντα καὶ καταμαθόντα, εἰς μίαν ἀρχὴν ἐπανελθεῖν χρή. ἐγώ εἰμι, ὁ τὸν ἄνθρωπον τὴν ἐπιστήμην διδάσκων, καὶ τοῖς νηπίοις σαφεστέραν σύνεσιν χαριζόμενος, ἢ ἂν ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου διδάσκεσθαι δυνηθῇ. ᾧ τινι ἐγὼ λαλῶ, παραυτίκα σοφὸς ἔσται, καὶ πολὺ τῷ πνεύματι προκόψει. οὐαὶ τοῖς πολλὰ μὲν πάρεργα παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐξετάζουσιν, ὀλίγον δὲ τῆς ὁδοῦ τοῦ δουλεύειν μοι ἐπιμελουμένοις. ἐλεύσεται ὁ χρόνος, ὅτε φανήσεται διδάσκαλος τῶν διδασκάλων ὁ χριστὸς, κύριος τῶν ἀγγέλων, τὰς ἀναγνώσεις πάντων ἀκούσων, τοῦτ' ἔστι, τὰς συνειδήσεις πάντων ἐξετάσων. καὶ τότε ἐξερευνηθήσεται ἡ Ἱερουσαλὴμ μετὰ λύχνου, καὶ τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους φανερὰ ἔσται, καὶ οἱ ἔλεγχοι τῶν γλωσσῶν σιωπήσουσιν.

γ'. Ἐγώ εἰμι, ὁ τὸν ταπεινὸν τῇ διανοίᾳ, ἐν ἀκαρεῖ ἐπαίρων, ἵνα πλείους λόγους τῆς αἰωνίου ἀληθείας χαρίσῃ, ἢ ἐάν τις δέκα ἔτη εἰς τὸ διδασκαλεῖον φοιτήσῃ. ἐγὼ διδάσκω ἄνευ δούπου τῶν ῥημάτων, ἄνευ συγχύσεως τῶν γνωμῶν, ἄνευ τύφου τῆς δόξης, ἄνευ μάχης τῶν ἐλέγχων. ἐγώ εἰμι ὁ διδάσκων τῶν ἐπιγείων καταφρονεῖν, τὰ παρόντα ἀποστρέφεσθαι, τὰ αἰώνια ζητεῖν, τὰ αἰώνια φρονεῖν· τὰς τιμὰς

φεύγειν,

fugere, scandala sufferre, omnem spem in me ponere, extra me nil cupere, & super omnia me ardenter amare.

4. Nam quidam amando me intimè, didicit diuina, & loquebatur mirabilia. Plus profecit in relinquendo omnia, quàm in studendo subtilia. Sed alijs loquor communia, alijs specialia: aliquibus in signis & figuris dulciter appareo, quibusdam verò in multo lumine reuelo mysteria. Vna vox librorum, sed non omnes æquè informat: quia intùs sum doctor, veritas, scrutator cordis, cogitationum intellector, actionum promotor, distribuens singulis, sicut dignũ iudicauero.

CAP. XLIIII.

De non attrahendo sibi res exteriores.

1. FIli, in multis oportet te esse inscium, & æstimare te tanquam mortuum super terram, & cui totus mundus crucifixus sit. Multa etiam oportet surda aure pertransire, & quæ tuæ pacis sunt magis cogitare. Vtiliùs est oculos à rebus displicentibus auertere, & vnicuique suum sentire relinquere, quàm contentiosis sermonibus deseruire. Si bene steteris cum Deo, & eius iudicium aspexeris, faciliùs te victum portabis.

2. O Domine, quonam venimus? Ecce damnum defletur temporale, pro modico quæstu laboratur & curritur, & spirituale detrimentum in obliuionem transit, & vix serò reditur. Quod parum vel nihil prodest attenditur, & quod summè necessarium est, negligenter præteritur, quia totus homo ad externa defluit, & nisi citò resipiscat, libens in exterioribus iacet.

φεύγειν, τὰ σκάνδαλα ὑπομε…

ἐμὲ πιθέναι, ἔξω ἐμοῦ μηδενὸς ἐπιθυμεῖν, καὶ ὑπὲρ πάντα ἐμὲ ζεστῶς ἀγαπᾶν.

δ΄. Τῷ γὰρ προσφιλέστατα διακεῖσθαι πρὸς ἐμὲ, ἔμαθέ τις τὰ θεῖα, καὶ θαυμάσια ἐλάλησε· μᾶλλον προέκοψε τῷ καταλιπεῖν πάντα, ἢ τῷ σπουδάσαι περὶ λεπτά. ἀλλὰ μὴν τοῖς μὲν κοινὰ, τοῖς δ᾽ ἴδια λαλῶ· ἄλλοις ἐν σημείοις καὶ τύποις ἡδέως φαίνομαι, ἐνίοις δὲ μεγάλῳ φωτὶ τὰ μυστήρια ἀποκαλύπτω. μία μὲν φωνὴ τῶν βίβλων, πάντας δὲ οὐκ ἴσως παιδεύει· ὅτι ἐντός εἰμι διδάσκαλος, ἀλήθεια, καρδιογνώστης, νοητὴς τῶν λογισμῶν, προσβιβαστὴς τῶν πράξεων, διανέμων ἑκάστοις, καθὼς ἂν ἄξιον κρίνω.

Κεφ. μδ΄.

Περὶ τοῦ μὴ ἑαυτῷ ἐφέλκειν τὰ ἔξω.

α΄. ΤΕκνον, ἐν πολλοῖς δεῖ εἶναί σε ἀγνοοῦντα, καὶ νομίζειν ἀποθανόντα σε ἐπὶ τῆς γῆς, καί σοι ὅλον τὸν κόσμον σταυρωθέντα. ἔτι δὲ, χρὴ πολλὰ παρακοῦσαι, καὶ τὰ τῆς εἰρήνης σου μᾶλλον ἐνθυμεῖσθαι. ὠφελιμώτερόν ἐστι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπὸ τῶν δυσαρεστούντων ἀποστρέφειν, καὶ ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν αὐτῷ καταλείπειν, ἢ τοῖς ἐριστικοῖς λόγοις σχολάζειν. ἐὰν καλῶς ἔχεις πρὸς τὸν θεὸν, καὶ τὸ κρίμα αὐτοῦ σκοπήσῃς, τὸ ἡττᾶσθαι ῥᾷον ὑπομενεῖς.

β΄. Ω κύριε, ποῖ ἤλθομεν; ἰδοὺ τὴν πρόσκαιρον βλάβην καταδακρύομεν, ὑπὲρ ὀλίγου μὲν κέρδους πονοῦντες, καὶ τρέχοντες, τῆς δὲ ζημίας τῆς πνευματικῆς ἀμνημονοῦντες, καὶ μόγις ὀψὲ ἀναστρέφοντες. τῷ μικρὸν ἢ μηδὲν ἡμᾶς ὠφελοῦντι τὸν νοῦν προσέχομεν, καὶ τοῦ ἀναγκαιεστάτου ὀλιγωροῦμεν. ὅλος γὰρ ὁ ἄνθρωπος εἰς τὰ ἔξω φέρεται, καὶ ἐὰν μὴ ταχέως μετανοήσῃ, ἡδέως ἐν αὐτοῖς κεῖται.

CAP. XLV.

Quòd omnibus non est credendum, & de facili lapsu verborum.

1. DA mihi auxilium Domine de tribulatione, quia vana salus hominis. Quàm sæpè ibi non inueni fidem, vt me habere putaui? Quotiens etiam ibi reperi, vbi minus præsumpsi? Vana ergo spes in hominibus, salus autem iustorum, in te DEVS. Benedictus sis Domine Deus meus in omnibus, quæ accidunt nobis. Infirmi sumus & instabiles, citò fallimur & permutamur.

2. Quis est homo, qui ita cautè & circumspectè in omnibus se custodire valet, vt aliquando in aliquam deceptionem vel perplexitatem non veniat? Sed qui in te Domine confidit, ac simplici ex corde quærit, non tam facilè labitur. Et si inciderit in aliquam tribulationem, quocumque modo fuerit etiam implicatus, citiùs per te eruetur, aut à te consolabitur: quia tu non deseres in te sperantem vsque in finem. Rarus fidus amicus, in cunctis amici perseuerans pressuris. Tu Domine, tu solus es fidelissim us in omnibus, & præter te non est alter talis.

3. O quàm bene sapuit sancta illa anima, quæ dixit: Mens mea solidata est, & in Christo fundata. Si ita mecum foret, non tam facilè timor humanus me sollicitaret, nec verborum iacula mouerent. Quis omnia prouidere, quis præcauere futura mala sufficit? Si præuisa sæpè etiam lædunt, quid improuisa nisi grauiter feriunt? Sed quare mihi misero, non meliùs prouidi? Cur etiã tam facilè alijs credidi? Sed homines sum⁹,

nec

Κεφ. με΄. Ὅτι οὐ πᾶσι πιστε
πλάσματος τῶν ῥημάτων.

α΄. Δός μοι, κύριε, βοήθειαν ἐκ θλίψεως, ὅτι ματαία σωτηρία ἀνθρώπου. ποσάκις τὴν πίστιν οὐχ εὗρον, ὅπου ἐνόμιζον ἔχειν; ποσάκις καὶ ἐκεῖ εὗρον, ὅπου ἧττον ἔδοξα; ματαία τοίνυν ἡ ἐλπὶς ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ σωτηρία τῶν δικαίων ἐν σοὶ ὁ θεός. εὐλογηθήτω σὺ κύριε, ὁ θεός μου, ἐν πᾶσι τοῖς συμβαίνουσιν ἡμῖν. ἀσθενεῖς καὶ ἀσταθεῖς γινόμεθα, ταχέως ἀπατώμεθα καὶ μεταλλαττόμεθα.

β΄. Τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὁ οὕτω πεφυλαγμένως καὶ περιεσκεμμένως ἐν πᾶσιν ἔχειν δυνάμενος, ὅπως εἰς ἀπάτην καὶ ἀμηχανίαν τινά ποτε οὐκ ἔλθῃ; ὁ δ᾽ ἐπί σε κύριε πεποιθὼς καὶ ἁπλῇ καρδίᾳ σε ζητῶν, οὐχ οὕτω ῥᾳδίως ὀλισθαίνει. εἰ δ᾽ εἰς θλῖψιν τινὰ ἐμπέσῃ, ὅπως οὖν ἂν ἐμπλεχθῇ, τάχιον ὑπὸ σοῦ λυτρωθήσεται ἢ παρακληθήσεται· ὅτι σὺ οὐ καταλείπεις τὸν ἐλπίζοντα ἐπί σε εἰς τέλος. σπάνιος ὁ πιστὸς φίλος ἐν πάσαις ἀθλιότησι τοῦ φίλου διατελῶν. σὺ κύριε, σὺ μόνος πιστότατος ἐν πᾶσι, καὶ πλήν σου οὐκ ἔστιν ἕτερος τοιοῦτος.

γ΄. Πῶς εὖ ἐφρόνησεν ἁγία ἐκείνη ἡ ψυχή, ἡ λέξασα· ὁ νοῦς μου ἐβεβαιώθη, καὶ ἐν τῷ Χριστῷ ἐθεμελιώθη. εἰ οὕτως εἶχον, οὐκ ἂν τοσαύτην φροντίδα ὁ φόβος ἀνθρώπινός μοι εἰργάζετο, οὐδὲ τὰ τῶν ῥημάτων βέλη με ἐκίνει. τίς πάντα προορᾶν, τίς τὰ ἐσόμενα κακὰ προφυλάττεσθαι οἷός τε γίνεται; εἰ πολλάκις καὶ τὰ προεωραμένα βλάπτει, πῶς οὐ δεινῶς τὰ ἀπροόρατα παίει; ἀλλὰ διὰ τί ἐμοῦ ταλαιπώρου οὐ βέλτιον προὐνόησα; διὰ τί οὕτω κούφως τοῖς ἄλλοις ἐπίστευσα; ἀλλὰ μὴν ἄνθρωποί ἐσμεν,

καὶ οὐκ

quàm fragiles homines ſumus, etiamſi Angeli à multis æſtimamur & dicimur. Cui credam Domine? Cui, niſi tibi? veritas es, quæ non fallis, nec falli potes. Et rurſum: Omnis homo mendax, infirmus, inſtabilis, & labilis maximè in verbis: ita vt ſtatim vix credi debeat, quod rectum in facie ſonare videtur.

4. Quàm prudenter præmonuiſti, cauendum ab hominibus: & quia inimici hominis domeſtici eius: nec credendum, ſi quis dixerit: Ecce hic, aut ecce illic. Doctus ſum damno meo, & vtinam ad cautelam maiorem, & non ad inſipientiam mihi. Cautus eſto (ait quidam) cautus eſto, ſerua apud te quod dico. Et dum ego ſileo, & abſconditum credo, nec ille ſilere poteſt, quod ſilendum petijt, ſed ſtatim prodit me & ſe, & abijt. Ab huiuſmodi fabulis, & incautis hominibus, protege me Domine, ne in manus eorum incidam, nec vnquam talia committam. Verbum verum & ſtabile da in os meum, & linguam callidam longè fac à me. Quod pati nolo, omnimodè cauere debeo.

5. O quàm bonum & pacificum de alijs ſilere, nec indifferenter omnia credere, neque de facili vlterius effari: paucis ſeipſum reuelare, te ſemper inſpectorem cordis quærere: nec omni vento verborum circumferri, ſed omnia intima & externa, ſecundùm placitum tuæ voluntatis, optare perfici. Quàm tutum, pro conſeruatione cæleſtis gratiæ, humanam fugere apparentiam, nec appetere quæ foris admirationem videntur præbere:

καὶ οὐκ ἄλλο πλὴν ἄνθρωποι ἀε [illegible] καίπερ πολλοῖς ἄγγελοι δοκοῦντ [illegible] ἂν πιστεύσω κύριε; τίνι, εἰ μὴ σοί; ἀλήθεια ὑπάρχεις ἡ μήτ᾽ ἀπατῶσα, μήτ᾽ ἀπατηθῆναι δυναμένη. καὶ πάλιν· πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης, ἀσθενής, ἀσταθής, καὶ ὀλισθηρός, μάλιστα δὲ τοῖς λόγοις· ὅπως μόλις εὐθέως πιστεύειν δέῃ, ὅ, τι κατ᾽ εἶδος εὖ ἠχεῖν φαίνεται.

δ´. Ὡς φρονίμως περιπαρῄνεσας φυλάξασθαι ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ, καὶ οὐ πιστεύειν, ἐάν τις εἴπῃ· ἰδοὺ ὧδε, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ. ἐπαιδεύθην τῇ βλάβῃ μου, καὶ εἴθε εἰς τὴν μείζω περιφυλακὴν, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. φυλάττου (φησί τις) φυλάττου, τήρει παρά σοι, ὅ, τι λέγω. ἐμοῦ δὲ σιωπῶντος, καὶ ἀποκρύπτεσθαι ἡγουμένου, καὶ αὐτὸς σιωπᾶν οὐ δύναται, ὃ σιωπᾶσθαι ἠξίωσεν, ἀλλ᾽ εὐθέως ἐμὲ καὶ ἑαυτὸν ἐξαγορεύσας ἀπῆλθεν. ἀπὸ τοιούτων μύθων καὶ ἀπερινοήτων ἀνθρώπων φύλαξόν με κύριε, τοῦ μὴ ταῖς χερσὶν αὐτῶν περιπεσεῖν, μηδὲ τοιαῦτά ποτε πλημμελεῖν. λόγον ἀληθῆ καὶ βέβαιον δὸς εἰς τὸ στόμα μου, καὶ γλῶτταν δολίαν ἀπ᾽ ἐμοῦ μάκρυνε· ὅπερ πάσχειν οὐκ ἐθέλω, πάντως φυλάττειν ὀφείλω.

ε´. Ὡς ἀγαθὸν καὶ εἰρηνικόν ἐστι περὶ τῶν ἄλλων σιγῆσαι, καὶ οὐ πάντα ἀδιακρίτως πιστεῦσαι, οὐδὲ κούφως πορρωτέρω ἐξαγορεῦσαι, ὀλίγοις ἑαυτὸν ἀποκαλύψαι, σὲ τὸν καρδιογνώστην ὄντα ἀεὶ ζητῆσαι, οὐδὲ παντὶ ἀνέμῳ τῶν λόγων περιενεχθῆναι, ἀλλὰ τά τε ἔσω, καὶ τὰ ἔξω κατὰ τὴν εὐδοκίαν σου ποθῆσαι ἀποτελεσθῆναι. ὡς ἀσφαλὲς ὑπὲρ τοῦ διαφυλάξαι τῆς οὐρανίου χάριν, τὸ τοῖς ἀνθρώποις φαίνεσθαι φεύγειν, οὐδὲ τὰ τοῖς ἀνθρώποις ἔξωθεν θαύματος ἄξια δοκοῦντα, γλίχεσθαι·

... ea, tota sedulitate sectari, quæ vitæ emendationem dant & feruorem.

6. Quàm multis nocuit virtus scita, ac præproperè laudata? Quàm sanè profuit gratia silentio seruata in hac fragili vita, quæ tota tentatio fertur & militia?

Cap. XLVI.

De confidentia in Deo habenda, quando insurgunt verborum iacula.

1. Fili sta firmiter, & spera in me. Quid enim sunt verba, nisi verba? Per aërem volant, sed lapidem non lædunt. Si reus es, cogita, quòd libenter emendare te velis. Si nihil tibi conscius es, pensa quòd velis libenter pro Deo hoc sustinere. Parum satis est, vt vel verba interdum sustineas, qui necdùm fortia verbera tolerare vales. Et quare tam parua tibi ad cor transeunt, nisi quia adhuc carnalis es, & homines magis quàm oportet attendis? Nam quia despici metuis, reprehendi pro excessibus non vis, & excusationum vmbracula quæris.

2. Sed inspice te meliùs, & agnosces, quia viuit adhuc in te mundus, & vanus amor placendi hominibus. Cùm enim quassari refugis, & confundi pro defectibus, constat vtique, quòd nec verus humilis sis, nec verè mundo mortuus, nec mundus tibi crucifixus. Sed audi verbum meum, & non curabis decem millia verba hominum. Ecce, si cuncta contra te dicerentur, quæ fingi malitiosissimè possent:

quid

χεσθαι· ἀλλὰ τὰ τὴν τοῦ βίου ἐπαν[...] παρέχοντα, ἐπιμελέστατον διώκειν.

ϛ΄. Πόσους ἡ ἀρετὴ γνωσθεῖσα, καὶ λίαν ταχ[...]τεθεῖσα ἔβλαψεν; ὡς δὴ ὠφέλησεν ἡ χάρις στ[...]θεῖσα ἐν τούτῳ τῷ ἀθραύστῳ βίῳ, ὥσπερ ὅλος πει[...]ρασμὸς καὶ στρατεία λέγεται;

Κεφ. μϛ΄.

Περὶ τῆς πεποιθήσεως τῆς ἐπὶ τῷ θεῷ, τῶν βελῶν τῶν ῥημάτων ἐπιβαλλομένων.

α΄. Τέκνον, ἀνδρίζου, καὶ ἐπ' ἐμὲ ἔλπιζε. τί γὰρ ἄλλο οἱ λόγοι εἰσὶν ἢ λόγοι; διὰ τοῦ μὲν ἀέρος πέτανται, λίθον δὲ οὐ βλάπτουσιν. εἰ ὑπεύθυνος εἶ, ἐννόει ὅτι ἑκουσίως ἐπανορθοῦν σε ἐθέλεις. εἰ δ' οὐδέν σοι σύνοιδας, ἐνθυμοῦ ὅτι ἀσμένως ὑπὲρ τοῦ θεοῦ τοῦτο ὑπομένειν ἐθέλεις. ἱκανῶς ὀλίγον ἐστὶν, μόνον τοὺς λόγους σέ ποτε καρτερεῖν, ὁ οὔπω δεινὰς πληγὰς πάσχειν δυνάμενος. διὰ τί δὲ οὕτω μικρὰ ὄντα τὴν καρδίαν σου λυπεῖ, πλὴν ὅτι σαρκικὸς ἔτι τυγχάνεις, καὶ μείζω τοῦ δέοντος λόγον τῶν ἀνθρώπων ἔχεις; ὅτι γὰρ καταφρονεῖσθαι φοβῇ, διὰ τὰ πλημμελήματα ψέγεσθαι οὐκ ἐθέλεις, καὶ τὰ τῶν ἀπολογιῶν σκιάδια ἐπιζητεῖς.

β΄. Ἀλλ' ἐφόρα σε ἀκριβέστερον, καὶ γνώσῃ, ὅτι ἐν σοὶ ἔτι ζῇ ὁ κόσμος, καὶ ἡ κενοσπουδία τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις. ἐν τῷ γὰρ τὸ ταπεινοῦσθαι, καὶ διὰ τὰ ἐλλείμματα καταισχύνεσθαι, φεύγειν, δῆλόν γε ὅτι οὐκ ἀληθῶς ταπεινὸς εἶ, οὐδ' ὄντως τῷ κόσμῳ ἀπέθανες, οὐδὲ σοὶ ὁ κόσμος ἐσταυρώθη. καίτοι ἄκουσον τοῦ λόγου μου, καὶ οὐ μελήσει σοι μυρίων ῥημάτων τῶν ἀνθρώπων. ἰδοὺ, εἰ πάντα κατά σου ἐλέγετο, ἅπερ ἂν δυνατὸν ἐστὶ πονηρότατα πλάττεσθαι,

τί σε

...nocerent, si omninò transire permitteres, nec plùs quàm festucam perpenderes? Numquid vel vnum capillum tibi extrahere possent?

3. Sed qui cor intùs non habet, nec Deum præ oculis, faciliter verbo mouetur vituperationis. Qui autem in me confidit, nec proprio iudicio stare appetit, absque humano terrore erit. Ego enim sum iudex, & cognitor omnium secretorum: ego scio, qualiter res acta est: ego iniuriantem noui & sustinentem. A me exijt verbum istud, me permittente hoc accidit, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Ego reum & innocentem iudicabo, sed occulto iudicio vtrumque antè probare volui.

4. Testimonium hominum sæpe fallit: meum iudicium verum est, stabit, & non subuertetur. Latet plerunque, & paucis ad singula patet: nunquam tamen errat, nec errare potest, etiamsi oculis insipientium non rectum videatur. Ad me ergo currendum est in omni iudicio, nec proprio innitendum arbitrio. Iustus enim non conturbabitur, quicquid à Deo ei acciderit. Etiamsi iniustè aliquid contra eum prolatum fuerit, non multùm curabit. Sed nec vanè exultabit, si per alios rationabiliter excusetur. Pensat namque, quia ego sum scrutans corda & renes, qui non iudico secundùm faciem & humanam apparentiam. Nam sæpè in oculis meis reperitur culpabile, quod hominum iudicio creditur laudabile.

5. Domine Deus, iudex iuste, fortis & patiens,

τί σε ἔβλαπ]εν, εἰ πάντως παρελθεῖν ε...
νὸς ἐποίου; ἆρα μίαν γε τρίχα ἐκτίλλειν σοι ...

γ΄. Ἀλλὰ μὴν ὁ ἔσω ἀκάρδιος ὢν, καὶ τὸν θεὸν ἐνώπιον
αὐτοῦ οὐ προστιθεὶς, ῥᾳδίως τῷ τῆς μέμψεως λόγῳ κι-
νεῖται. ὁ δ' ἐμοὶ πεποιθὼς, καὶ ἐπὶ τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ ἐπε-
ρείδεσθαι οὐκ ἐπιθυμῶν, τοῦ φόβου ἀνθρωπίνου ἀπαλ-
λαγήσεται. ἐγὼ γὰρ κριτὴς, καὶ πάντων ἀπορρήτων γνώ-
στης τυγχάνω· ἐγὼ οἶδα πῶς τὸ ἔργον ἐπράχθη·
ἐγὼ τὸν ἀδικοῦντα καὶ τὸν ἀδικούμενον γινώσκω. παρ' ἐμοῦ
οὗτος ὁ λόγος ἐξῆλθεν, ἐμοῦ δ' ἐῶντος, τοῦτο συνέβη, ὅπως
ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισ-
μοί. ἐγὼ μὲν τὸν ἔνοχον καὶ ἄκακον κρινῶ, τῇ δὲ ἀπο-
κρύφῳ κρίσει ἀμφότερον ἔμπροσθεν δοκιμάζειν ἠθέ-
λησα.

δ΄. Ἡ τῶν ἀνθρώπων μαρτυρία πολλάκις ψεύδεται,
ἀλλ' ἡ κρίσις μου ἀληθὴς οὖσα στήσεται, καὶ οὐ καταστρα-
φήσεται. ἐπὶ τὸ πολὺ λανθάνει, καὶ ὀλίγοις καθ' ἕκα-
στα φανεροῦται, ὅμως οὔποτε σφάλλεται, οὐδὲ σφάλ-
λεσθαι οἷά τ' ἐστὶν, εἰ καὶ τοῖς τῶν ἀνοήτων ὀφθαλμοῖς
οὐκ εὐθεῖα δοκεῖ. δεῖ οὖν ἐν παντὶ κρίματι πρὸς ἐμὲ
τρέχειν, καὶ ἐν ἰδίᾳ γνώμῃ οὐ στηρίζεσθαι. ὁ δίκαιος οὐ
λυπηθήσεται, ὁτιοῦν ἂν αὐτῷ παρὰ τοῦ θεοῦ συμβῇ· εἰ καὶ
ἀδίκως τι κατ' αὐτοῦ λεχθήσεται, οὐ πολὺ μελήσει αὐτῷ·
πλὴν οὐδὲ ματαίως ἀγαλλιάσεται, εἴ τινες ὑπὲρ αὐτοῦ
εὐλόγως ἀπολογήσονται. ἐνθυμεῖται γὰρ ὅτι ἐγὼ καρδί-
ας καὶ νεφροὺς ἐτάζω, οὐδὲ κατ' ὄψιν καὶ φαντασίαν ἀν-
θρωπίνην κρίνω. πολλάκις γὰρ ἐνώπιόν μου εὑρίσκε-
ται ἐπίμεμπτον, ὅ,τι τῇ τῶν ἀνθρώπων κρίσει ἐπαινε-
τὸν νομίζεται.

ϛ΄. Κύριε ὁ θεὸς, κριτὰ δίκαιε, ἰσχυρὲ καὶ μα-

... qui hominum nosti fragilitatem & prauitatem, esto robur meum, & tota fiducia mea, non enim mihi sufficit conscientia mea. Tu nosti, quod ego non noui, & ideo in omni reprehensione humiliare me debui, & mansuetè sustinere. Ignosce quoque mihi propitius, quotiens sic non egi, & dona iterum gratiam amplioris sufferentiæ. Melior est enim mihi tua copiosa misericordia ad consequutionem indulgentiæ: quàm mea opinata iustitia pro defensione latentis conscientiæ. Et si nihil mihi conscius sum, tamen in hoc iustificare me non possum: quia remota misericordia tua, non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

CAP. XLVII.

Quòd omnia grauia, pro æterna Vita sunt toleranda.

1. FIli, non te frangant labores, quos assumpsisti propter me, nec tribulationes te deijciant vsquequaque: sed mea promissio, in omni euentu te roboret & consoletur. Ego sufficiens sum, ad reddendum supra omnem modum & mensuram. Non diu hic laborabis, nec semper grauaberis doloribus. Expecta paulisper, & videbis celerem finem malorum. Veniet vna hora, quando cessabit omnis labor & tumultus. Modicum est & breue, omne quod transit cum tempore.

2. Age, quod agis: fideliter labora in vinea mea, ego ero merces tua. Scribe, lege, canta,

κρόθυμε, ὃ τὴν ἀσθένειαν καὶ πονηρε… εἰδὼς, ἔσο ῥώμη μου, καὶ ὅλη πεποίθησίς μ… συνείδησίς μου ἀρκεῖ μοι. σὺ οἶδας, ὅ, τι ἐγὼ … δα, καὶ διὰ ταῦτα ἐν πάσῃ ἐπιτιμήσει ταπεινῶσαί με καὶ πράως ὑπομεῖναι ὤφειλον. ἔτι ἱλάσθητί μοι, ὁποσάκις οὕτως οὐκ ἐποίησα, καὶ δώρησαι πάλιν τῆς μείζονος ὑπομονῆς χάριν. τὸ γὰρ πολὺ ἔλεός σου εἰς τὸ τῆς συγγνώμης ἐπιτυχεῖν βέλτιόν μοί ἐστι, τῆς νομιζομένης δικαιοσύνης μου εἰς τὸ ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ ἀποκρυπτομένης συνειδήσεως. εἰ γὰρ καὶ οὐδέν μοι σύνοιδα, ὅμως ἐν τούτῳ οὐ δικαιῶσαί με δύναμαι, ὅτι ἀποχωρισθέντος ἐλέους σου, οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν.

Κεφ. μζ.

Ὅτι πάντα τὰ δεινὰ ὑπὲρ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀνεκτέον.

α. Τέκνον, μὴ κατεαγνύτωσάν σε οἱ πόνοι, οὓς δι' ἐμὲ ἦρας, οὐδὲ αἱ θλίψεις καταβαλλέτωσάν εἰς τέλος, ἀλλ' ἡ ἐπαγγελία μου ἐν πάσῃ ἀποβάσει σε κραταιούτω καὶ παρακαλείτω. ἐγὼ ἀρκῶ πρὸς τὸ ἀποδοῦναι, ὑπὲρ πάντα τρόπον καὶ μέτρον. οὐ πολὺν χρόνον ἐνθάδε πονήσεις, οὐδ' ἀεὶ βαρυνθήσῃ ταῖς ὀδύναις. προσδόκα μικρὸν, καὶ βλέψεις τὸ ὀξὺ τέλος τῶν κακῶν. ἐλεύσεται μία ὥρα, ὅτε ἅπας πόνος καὶ θόρυβος λήξει. μικρὸν καὶ βραχὺ ἐστὶ πᾶν τὸ χρόνῳ συμπαραγόμενον.

β. Ποίησον ὃ ποιεῖς, πιστῶς πόνησον ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου, ἐγὼ ἔσομαι ὁ μισθός σου· γράψον, ἀνάγνωθι,

...; tace, ora, sustine viriliter contra... : digna est his omnibus, & maioribus prælijs vita æterna. Veniet pax in die vna, quæ nota est Domino; & erit, non dies neque nox huius scilicet temporis, sed lux perpetua, claritas infinita, pax firma, & requies secura. Non dices tunc: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Nec clamabis: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est: quoniam præcipitabitur mors, & salus erit indefectiua: anxietas nulla, iucunditas beata, societas dulcis & decora.

3. O si vidisses sanctorum in cælo coronas perpetuas, quanta quoque nunc exultant gloria, (qui huic mundo olim contemptibiles, & quasi vita ipsa indigni putabantur) profectò te statim humiliares vsque ad terram, & affectares potiùs omnibus subesse, quàm vni præesse: nec huius vitæ lætos dies concupisceres, sed magis pro Deo tribulari gauderes: & pro nihilo inter homines computari, maximum lucrum duceres.

3. O si tibi hæc saperent, & profundè ad cor transirent, quomodo auderes vel semel conqueri? Nónne pro vita æterna, cuncta laboriosa sunt toleranda? Non est paruum quid, perdere aut lucrari regnum Dei. Leua igitur faciem tuam in cælum. Ecce ego, & omnes sancti mei mecum, qui in hoc sæculo magnum habuere certamen, modò gaudent, modò consolantur, modò securi sunt, modò requiescunt, & sine fine mecum in regno patris mei permanebunt.

ἆσον, σέναξον, σίγησον, προσεύξαι, ὑπό…
ως τὰ ἐναντιούμενα· ἡ ζωὴ αἰώνιος πάντων
μειζόνων πολέμων ἀξία ἐστίν. ἐλεύσεται ἡ εἰρήνη ἐν ἡ-
μέρᾳ μιᾷ, ἥτις ἐγνώσθη τῷ κυρίῳ, καὶ ἔσται οὐχ ἡμέρα,
οὐδὲ νὺξ τούτου δήπου χρόνου, ἀλλὰ φῶς αἰώνιον, λαμ-
πρότης ἄπειρος, εἰρήνη βεβαία, καὶ ἀνάπαυσις ἀσφα-
λής. οὐ λέξεις τότε· τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ
θανάτου τούτου; οὐδὲ κεκράξῃ· οἴμοι, ὅτι ἡ παροικία
μου ἐμακρύνθη· ὅτι ὁ θάνατος καταποθήσεται.
καὶ ἡ σωτηρία ἀνελλιπὴς ἔσται, ἀδημονία οὐδεμία, τερ-
πνότης μακαρία, ἑταιρία ἡδεῖα καὶ εὐπρεπής.

γʹ. Ὄφελον ἴδοις τοὺς τῶν ἁγίων αἰωνίους στεφάνους ἐν
τῷ οὐρανῷ, ὁπόσῃ δόξῃ νῦν ἀγαλλιῶνται (οἱ τῷ κόσ-
μῳ τούτῳ πάλαι εὐκαταφρόνητοι, καὶ τῆς ζωῆς ἀνάξιοι
εἶναι δόξαντες) εὐθέως δὴ ἄν σε ἕως τῆς γῆς ἐταπείνους,
καὶ μᾶλλον ἀντεποιοῦ τοῦ πᾶσιν ὑποτάττεσθαι, ἢ ἑνὶ ἐπι-
στατεῖν· καὶ τῶν τῆς ζωῆς ταύτης ἱλαρῶν ἡμερῶν οὐκ ἐπε-
θύμεις, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ θεοῦ θλίβεσθαι ἔχαιρες,
καὶ μεταξὺ τῶν ἀνθρώπων οὐδενὸς τιμᾶσθαι, μέγιστον
κέρδος ἐνόμιζες.

δʹ. Εἴθε ταῦτά σοι ἐγλυκαίνοιτο, καὶ βαθέως τῆς καρ-
δίας ἐξικνοῖτο· πῶς ἂν ἅπαξ γε ἐτόλμας μεμψιμοι-
ρεῖν; οὐχὶ ὑπὲρ τῆς αἰωνίου ζωῆς πάντα ἐπίπονα ἀνε-
κτέον; οὐ μικρόν ἐστιν ἀπολέσαι ἢ κερδῆσαι τὴν βασι-
λείαν τοῦ θεοῦ. ἆρον οὖν τὸ πρόσωπόν σου εἰς τὸν οὐρανόν.
ἰδοὺ ἐγώ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοί μου συνόντες μοι, καὶ ἐν τῷ
κόσμῳ τούτῳ μέγαν ἀγῶνα ποιησάμενοι, νῦν χαί-
ρουσι, νῦν παρακαλοῦνται, νῦν ἀσφαλῶς ἔχουσι, νῦν
ἀναπαύονται, καὶ ἀπεράντως μετά μου ἐν τῇ βασιλείᾳ
τοῦ πατρός μου διαμενοῦσι.

CAP. XLVIII.

De die æternitatis, & huius vitæ angustijs.

1. O Supernæ ciuitatis mansio beatissima: O dies æternitatis clarissima: quam nox non obscurat, sed summa veritas semper irradiat, dies semper læta, semper secura, & nunquam statum mutans in contraria. O vtinam dies illa illuxisset, & cuncta hæc temporalia finem accepissent. Lucet quidem sanctis perpetua claritate splendida, sed non nisi à longè & per speculum peregrinantibus in terra.

2. Norunt cæli ciues, quàm gaudiosa sit illa: gemunt exules filij Euæ, quòd amara & tædiosa sit ista. Dies huius temporis parui & mali, pleni doloribus & angustijs: vbi homo multis peccatis inquinatur, multis passionibus irretitur, multis timoribus stringitur, multis curis distenditur, multis curiositatibus distrahitur, multis vanitatibus implicatur, multis erroribus circumfunditur, multis laboribus atteritur, tentationibus grauatur, delitijs enermatur, egestate cruciatur.

3. O quando finis horum malorum: quando liberabor à misera seruitute vitiorum? quando memorabor Domine tui solius? quando ad plenum lætabor in te? Quando ero sine omni impedimento in vera libertate, sine omni grauamine mentis & corporis? Quando erit pax solida, pax imperturbabilis & secura, pax

Κεφ. μη'.

Περὶ τῆς ἡμέρας τῆς ἀϊδιότητος, καὶ
τοῦ βίου τούτου.

α'. Ὦ μονὴ μακαριωτάτη τῆς ἄνω πόλε
μέρα λαμπροτάτη τῆς ἀϊδιότητος· ἣν τ
νὺξ οὐ σκοτίζει, ἀλλ' ὑπερτάτη ἀλήθεια πάντοτε
ἀκτῖσι περικυκλοῖ, ἡμέρα ἀεὶ ἱλαρὰ, ἀεὶ ἀσφαλὴς, καὶ
μηδέποτε τὴν κατάστασιν εἰς τοὐναντίον μεταβάλ-
λουσα. εἴθε ἐκείνη ἡ ἡμέρα ἐπέλαμψε, καὶ πάντα τά-
δε πρόσκαιρα ἐτελέσθη. λάμπει μὲν τοῖς ἁγίοις τῷ
αἰωνίῳ ἐπαυγάσματι στίλβουσα, ἀλλ' οὐ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς
ἀποδημοῦσιν, εἰ μὴ μακρόθεν, καὶ δι' εἰσόπτρου.

β'. Γινώσκουσιν οἱ τοῦ οὐρανοῦ πολῖται, ὡς ἡ μὲν πο-
λυγηθής ἐστι, ταύτην δὲ πικρὰν καὶ λυπηρὰν οὖσαν οἱ
τῆς Εὔας ἐξόριστοι παῖδες στενάζουσιν. αἱ τούτου τοῦ χρόνου
ἡμέραι μικραὶ καὶ πονηραὶ, καὶ πλήρεις τῶν ὀδυνῶν καὶ στε-
νοχωριῶν· ὅπου ὁ ἄνθρωπος πολλαῖς ἁμαρτίαις μολύ-
νεται, πολλοῖς πάθεσι περιβάλλεται, πολλοῖς φόβοις
πιέζεται, πολλαῖς μερίμναις περισπᾶται, πολλαῖς πε-
ριεργίαις διαμερίζεται, πολλαῖς ματαιότησιν ἐμπλέ-
κεται, πολλοῖς σφάλμασι περιχεῖται, πολλοῖς καμά-
τοις συντρίβεται, τοῖς πειρασμοῖς βαρύνεται, ταῖς
τρυφαῖς μαλακίζεται, τῇ ἐνδείᾳ ὀδυνᾶται.

γ'. Ὦ πότε τὸ τέλος τῶν κακῶν τούτων γενήσεται;
πότε τῆς ἀθλίας δουλείας τῶν ἁμαρτιῶν ἐλευθερωθήσο-
μαι; πότε σοῦ μόνου μνησθήσομαι; πότε ἐκπλέως
ἐπὶ σοὶ χαρήσομαι; πότε ἐν τῇ ἀληθινῇ ἐλευθερίᾳ
ἄνευ πάσης βαρύτητος τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος
ἀνεμπόδιστος ἔσομαι; πότε ἔσται ἡ εἰρήνη βε-
βαία, εἰρήνη ἀτάρακτος, καὶ ἀσφαλὴς, εἰρήνη

is, pax ex omni parte firma? Iesu bone, quando stabo ad videndum te? quando contemplabor gloriam regni tui, quando eris mihi omnia in omnibus? O quando ero tecum in regno tuo, quod præparasti dilectis tuis ab æterno? Relictus sum pauper & exul in terra hostili, vbi bella quotidiana, & infortunia maxima.

[...] inchoandum bonum, ad profici- [...] ad perficiendum. Nam sine ea nihil possum facere: omnia autem possum in te, confortante me gratia. O verè cælestis gratia, sine qua nulla sunt propria merita, nulla quoque dona naturæ, ponderanda. Nihil artes, nihil diuitiæ, nihil pulchritudo vel fortitudo: nihil ingenium vel eloquentia, valent apud te Domine sine gratia. Nam dona naturæ, bonis & malis sunt communia : electorum autem proprium donum est gratia siue dilectio, qua insigniti, digni habentur vita æterna. Tantùm eminet hæc gratia, vt nec donum Prophetiæ, nec signorum operatio, nec quantalibet alta speculatio, aliquid æstimetur sine ea. Sed neque fides, neque spes, neque aliæ virtutes, tibi acceptæ sunt sine charitate & gratia.

5. O beatissima gratia, quæ pauperem spiritu, virtutibus diuitem facis: & diuitem multis bonis, humilem corde reddis. Veni, descende ad me, reple me manè consolatione tua, ne deficiat præ lassitudine & ariditate mentis anima mea. Obsecro Domine, vt inueniam gratiam in oculis tuis : sufficit enim mihi gratia tua, cæteris non obtentis, quæ desiderat natura. Si fuero tentatus & vexatus tribulationibus multis, non timebo mala, dum mecum fuerit gratia tua. Ipsa fortitudo mea, ipsa consilium confert & auxilium. Cunctis hostibus potentior est & sapientior vniuersis sapientibus.

6. Magistra est veritatis, doctrix disciplinæ, lumen cordis, solamen pressuræ, fuga-

εἰς τὸ ἐξάρχειν, προάγειν τε,
χωρὶς μὲν γὰρ αὐτῆς δύναμαι
δὲ ἰσχύω ἐν σοὶ, τῆς χάριτός σου ἐμὲ
ἀληθῶς ἐπουράνιος χάρις, ἄνευ ἧς οὐδεμία
τυγχάνει, οὐδὲ τὰ τῆς φύσεως δῶρα τιμητέον.
αἱ ἐπιστῆμαι, μηδὲν ὁ πλοῦτος, μηδὲν τὸ κάλλος, ἡ
ῥώμη, μηδὲν ἡ ἀγχίνοια, ἢ ἡ λογιότης, παρά σοι, κύ-
ριε, ἄνευ τῆς χάριτος ἰσχύουσι. τὰ γὰρ τῆς φύσεως δῶ-
ρα τοῖς τε καλοῖς καὶ τοῖς κακοῖς κοινά ἐστι· τῶν δὲ ἐκ-
λεκτῶν ἴδιον δῶρόν ἐστιν ἡ χάρις, ἢ ἡ ἀγάπη, ἧπερ σει-
μειωθέντες τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀξιοῦνται. τοσοῦτον αὕτη ἡ
χάρις προέχει, ὥστε οὐδὲ τὸ δῶρον τῆς προφητείας,
οὐδὲ τὴν ἐνέργειαν τῶν σημείων, οὐδὲ θεωρίαν ὁπωσοῦν ὑ-
ψηλὴν οὖσαν ἄνευ αὐτῆς τιμᾶσθαι. πρὸς τούτοις οὐδὲ
πίστις, οὐδ᾽ ἐλπὶς, οὐδ᾽ ἄλλαι ἀρεταὶ χωρὶς ἀγάπης καὶ
χάριτος εὐπρόσδεκτοί εἰσιν.

ϛ. Ὦ μακαριωτάτη χάρις, ἡ τὸν τῷ πνεύματι
πτωχὸν ὄντα ταῖς ἀρεταῖς πλουτίζεις· καὶ τὸν πολλῇ οὐ-
σίᾳ πλουτοῦντα, τῇ καρδίᾳ ταπεινὸν κατεργάζῃ. ἐλθὲ,
κατάβηθι πρὸς ἐμὲ, πλήρωσόν με πρωῒ τῇ παραμυ-
θίᾳ σου, ἵνα μὴ ὑπὸ τοῦ καμάτου καὶ τῆς ξηρότητος τοῦ νο-
ὸς ἡ ψυχή μου ἐλλείψῃ. δέομαί σου, κύριε, εὕρω χάριν
ἐναντίον σου· ἡ γὰρ χάρις σου ἀρκεῖ μοι, ἀποτυχόντι τῶν
ἄλλων, ἅπερ ἡ φύσις ἐπιποθεῖ. ἐὰν πειρασθῶ καὶ κα-
κωθῶ πολλαῖς θλίψεσιν, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, τῆς
χάριτός σου παραγινομένης μοι. αὕτη ἡ ἰσχύς μου, αὕ-
τη συμβουλὴν καὶ βοήθειαν παρέχει· πάντων ἐχθρῶν
δυνατωτέρα ἐστὶ, καὶ πάντων σοφῶν σοφωτέρα.

ζ. Αὕτη καθηγήτρια τῆς ἀληθείας, διδάσκαλος τῆς
παιδείας, φῶς τῆς καρδίας, παράκλησις τῆς θλίψεως,

φυγαδεύ-

...tiæ, ablatrix timoris, nutrix de... productrix lachrymarum. Quid sum ...a, nisi aridum lignum, & stirps inutilis ad eijciendum? Tua ergo me Domine gratia semper præueniat & sequatur, ac bonis operibus iugiter præstet esse intentum, per Iesum Christum filium tuum. Amen.

CAP. LVI.

Quòd nos ipsos abnegare, & Christum imitari debemus per crucem.

1. FIli, quantum à te vales exire, tantum in me poteris transire. Sicut nihil foris concupiscere, internam pacem facit; sic se interiùs relinquere, Deo coniungit. Volo te addiscere perfectam abnegationem tui in voluntate mea, sine contradictione & querela. Sequere me: Ego sum via, veritas, & vita. Sine via, non itur: sine veritate, non cognoscitur; sine vita, non viuitur. Ego sum via, quam sequi debes: veritas, cui credere debes; vita, quam sperare debes. Ego sum via inuiolabilis, veritas infallibilis, vita interminabilis. Ego sum via rectissima, veritas suprema, vita vera, vita beata, vita increata. Si manseris in via mea, cognosces veritatem, & veritas liberabit te, & apprehendes vitam æternam.

2. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Si vis veritatem cognoscere, crede mihi. Si vis perfectus esse, vende omnia. Si vis esse discipulus meus, abnega temetipsum.

Si vis

φυγαδεύτρια τῆς λύπης, α
τήρια τῆς εὐλαβείας, προσαγωγ
ἄνευ αὐτῆς εἰμι, πλὴν ξύλον ξηρὸν, καὶ
φελὲς, ἵν' ἀποβληθῇ; διὸ κύριε, ἡ χάρ
προφθάνοι καὶ παρέποιτο, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργο
χῶς προσκείμενον κατεργάζοιτο, διὰ τοῦ Ἰησοῦ
στοῦ υἱοῦ σου, Ἀμήν.

Κεφ. νϛʹ.

Ὅτι ἡμᾶς αὐτοὺς ἀπαρνήσασθαι, καὶ τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ σταυροῦ ἀκολουθῆσαι ὀφείλομεν.

αʹ. ΤΕκνον, ὅσον ἰσχύεις σοῦ ἐξελθεῖν, τοσοῦτο εἰς ἐμὲ μεταβῆναι δυνήσῃ. καθάπερ τὸ μηδενὸς ἔξωθεν ἐπιθυμεῖν, τὴν εἰρήνην τὴν ἔσω καθίστησιν, οὕτω τὸ ἑαυτὸν ἔσω καταλείπειν, τῷ θεῷ συνάπτει. ἐθέλω σε μανθάνειν τὴν τελείαν ἀπάρνησίν σου ἐν τῷ θελήματί μου ἄνευ ἀντιλέξεως καὶ μέμψεως. ἀκολούθει μοι· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. χωρὶς ὁδοῦ, οὐ πορευόμεθα· χωρὶς ἀληθείας, οὐ γινώσκομεν· χωρὶς ζωῆς, οὐ ζῶμεν. ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, ἣν ἕπεσθαι, ἡ ἀλήθεια, ἣν πιστεύειν, ἡ ζωὴ, ἣν ἐλπίζειν ὀφείλεις. ἐγώ εἰμι ἡ ἄφθαρτος ὁδὸς, ἡ ἀνεξαπάτητος ἀλήθεια, ἡ ἀπέραντος ζωή. ἐγώ εἰμι ἡ εὐθυτάτη ὁδὸς, ἡ ἀκροτάτη ἀλήθεια, ἡ ἀληθινὴ ζωὴ, ἡ μακαρία ζωὴ, ἡ ἄκτιστος ζωή. ἐὰν μείνῃς ἐν τῇ ὁδῷ μου, γνώσῃ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει σε, καὶ ἐπιλήψῃ τῆς αἰωνίου ζωῆς.

βʹ. Εἰ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς. εἰ θέλεις γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, πίστευσόν μοι. εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησον πάντα. εἰ θέλεις μαθητής μου εἶναι, ἀπάρνησαι σεαυτόν.

vitam possidere, præsentem vitam ... Si vis exaltari in cælo, humilia te ...o. Si vis regnare mecum, porta crucem mecum. Soli enim serui crucis inuenivnt viam beatitudinis, & veræ lucis.

3. Domine Iesu, quia arcta est vita tua, & mundo despecta, dona mihi te, cum mundi despectu imitari. Non enim maior est seruus Domino suo, nec discipulus supra magistrum. Exerceatur seruus tuus in vita tua, quia ibi est salus mea, & sanctitas vera. Quicquid extra eam lego, vel audio, non me recreat, nec delectat plenè.

4. Fili, quia hæc scis, & legisti omnia; beatus eris, si feceris ea. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ipse est qui diligit me: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum: & faciam eum consedere mecum in regno patris mei. Domine IESV, sicut dixisti & promisisti, sic vtique fiat, & mihi promereri contingat. Suscepi, suscepi de manu tua crucem, portabo, & portabo eam vsque ad mortem, sicut imposuisti mihi. Verè vita boni monachi, crux est, & dux paradisi. Incæptum est, retrò abire non licet, nec relinquere oportet.

5. Eia fratres, pergamus simul, Iesus erit nobiscum: propter Iesum suscepimus hanc crucem: propter Iesum perseueremus in cruce. Erit adiutor noster, qui est dux noster & præcessor. En, rex noster ingreditur ante

nos

εἰ θέλεις τὴν μακαρίαν ζωὴν κτήσ
σης καταφρόνησον. εἰ θέλεις ὑψωθῆναι ἐν
ταπείνωσόν σε ἐν τῷ κόσμῳ. εἰ θέλεις συμβα
σιν μοι, συμβάστασόν μοι τὸν σταυρόν. μόνοι γὰρ δοῦλοι τοῦ σταυροῦ εὑρίσκουσι τὴν ὁδὸν τῆς μακαριότητος, καὶ τοῦ ἀληθινοῦ φωτός.

γ'. Κύριε Ἰησοῦ, ὅτι στενός ἐστιν ὁ βίος σου, καὶ τῷ κόσμῳ οὐ καταφρόνητος, παράσχου μοι σὺν τῇ τοῦ κόσμου καταφρονήσει ἀκολουθῆσαί σοι. οὐ γὰρ δοῦλος μείζων ἐστὶ τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον. ἀσκείσθω ὁ δοῦλός σου ἐν τῷ βίῳ σου, ὅτι ἐκεῖ ἐστιν ἡ σωτηρία μου καὶ ἀληθινὴ ἁγιότης. πᾶν ὅ,τι ἂν ἔξω αὐτῆς ἀναγινώσκω, ἢ ἀκούω, οὐκ ἀναψύχει με, οὐδὲ ἐκπλέως τέρπει.

δ'. Τέκνον, ὅτι ταῦτα οἶδας, καὶ ἀνέγνως πάντα, μακάριος ἔσῃ, ἐὰν ποιῇς αὐτά. ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου, καὶ τηρῶν αὐτάς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με· κἀγὼ ἀγαπήσω αὐτόν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν, καὶ συγκαθίσω μοι αὐτὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου. κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, καθὼς ἔλεξας, καὶ ὑπέσχου, οὕτω δὴ γενηθήτω καὶ συμβήτω μοι ἀξιοῦσθαι. ὑπεδεξάμην, ὑπεδεξάμην παρὰ τῆς χειρός σου τὸν σταυρόν, βαστάσω, καὶ βαστάσω αὐτόν, ἕως τοῦ θανάτου, ὥσπερ σὺ ἐπέθηκας μοι. ἀληθῶς ὁ βίος τοῦ ἀγαθοῦ μοναχοῦ σταυρός ἐστι, καὶ ὁδηγὸς τοῦ παραδείσου. ἦρκται, ὀπίσω βαδίζειν οὐκ ἔξεστιν, οὐδὲ δεῖ καταλείπειν.

ε'. Δεῦτε ἀδελφοί, ἅμα βαδίζωμεν, ὁ Ἰησοῦς παρέσται ἡμῖν. διὰ τὸν Ἰησοῦν ὑπεδεξάμεθα τὸν σταυρὸν τοῦτον· διὰ τὸν Ἰησοῦν ὑπομείνωμεν ἐν τῷ σταυρῷ. ἔσται βοηθὸς ἡμῶν, ὁ ὁδηγὸς καὶ προστάτης ἡμῶν γινόμενος. ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς

[...]gnabit pro nobis. Sequamur viriliter, [...]etuat terrores: simus parati mori fortiter in bello, nec inferamus crimen gloriæ nostræ, vt fugiamus à cruce.

CAP. LVII.

Quòd homo non sit nimis deiectus, quando in aliquos labitur defectus

1. FIli, magis placent mihi patientia & humilitas in aduersis, quàm multa consolatio & deuotio in prosperis. Vt quid te contristat, paruum factum contra te dictum? Si amplius fuisset, commoueri non debuisses. Sed nunc permitte transire: non est primum, nec nouum, nec vltimum erit, si diu vixeris. Satis virilis es, quamdiu nil obuiat aduersi. Bene etiam consulis, & alios nosti roborare verbis: sed cùm ad ianuam tuam venit repentina tribulatio, deficis consilio & robore. Attende magnam fragilitatem tuam, quam sæpiùs experiris in modicis obiectis: tamen pro salute tua ista fiunt, cùm hæc & similia contingunt.

2. Pone, vt meliùs nosti ex corde: & si te tetigit, non tamen deijciat, nec diu implicet. Ad minus sustine patienter, si non potes gaudenter. Etiamsi minùs libenter audis, & indignationem sentis: reprime te, nec patiaris aliquid inordinatum ex ore tuo exire, vnde paruuli scandalizentur. Citò conquiescet commotio excitata, & dolor internus, reuertente

du:co-

ἡμῶν διαπορεύεται ἐναντίον ἡμῶν, ὃ
μῶν. ἀκολουθῶμεν ἀνδρείως, οὐδεὶς φο
φόβων. ὦμεν ἕτοιμοι ἀποθανεῖν ἐν ἀνδρείᾳ
μῳ, καὶ μὴ καταλείπωμεν αἰτίαν τῇ δόξῃ ἡμῶν, φυγ-
τες ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.

Κεφ. νζ΄.

Περὶ τοῦ μὴ ἄγαν ἄθυμον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τὸν ἐλλείμμασί τισι περιπίπτοντα.

α΄. Τέκνον, μᾶλλον ἀρέσκει μοι ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ ταπεινότης ἐν τῇ ἀτυχίᾳ, ἢ ἡ πολλὴ παράκλησις καὶ εὐλάβεια ἐν εὐτυχίᾳ. διὰ τί μικρόν τι κατὰ σοῦ λεχθὲν λυπεῖ σε; εἰ μεῖζον ἐγένετο, οὐκ ἂν κινηθῆναί σε ἐδέησεν. ἀλλὰ νῦν ἔασον· οὐκ ἔστι πρῶτον, οὐδὲ καινὸν, οὐδὲ ὕστατον ἔσται, εἰ πολὺν χρόνον ζήσῃς. ἱκανῶς ἀνδρίζῃ, ἐφ' ὅσον μηδὲν ἀτύχημα συναντᾷ· ἔτι δὲ καλῶς μὲν βουλεύεις, καὶ τοὺς ἄλλους ἐνδυναμοῦν ἐπίστασαι τοῖς λόγοις· τῆς δ' ἀπροσδοκήτου θλίψεως ἐπὶ θύραις σου ἐγγιζούσης, ἀπορεῖς καὶ ἀδυνατεῖς. μεγάλην τὴν ἀσθένειάν σου σκόπει, ἧς ἐν μικραῖς ἀποβάσεσι πλεονάκις πεῖραν λαμβάνεις· ἀλλ' ὅμως εἰς τὴν σωτηρίαν σου γίνεται, ὁπότε ταῦτα καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ὅμοια συμβαίνει.

β΄. Καθ' ὅσον δύνῃ, ἀπόβαλλε τοῦτο ἐκ τῆς καρδίας, καὶ εἰ ἥψατό σου, ἀλλ' ὅμως σε μὴ καταβαλλέτω, μηδὲ πολὺν χρόνον ἐμπλεκέτω. τοὐλάχιστον φέρε εὐκόλως, εἰ οὐ δύνῃ ἱλαρῶς. κἂν ἧττον ἀσμένως ἀκούῃς, καὶ ἀγανάκτησιν αἰσθάνῃ, ἐπέχε σεαυτὸν, καὶ μὴ ἄτακτόν τι ἐκ τοῦ στόματός σου ἐξελθεῖν ἔασον, ἐξ οὗ ἂν οἱ μικροὶ σκανδαλισθῶσι. ταχέως ἡ κίνησις ἐγερθεῖσα ἠρεμήσει, καὶ ἡ ἔσω ὀδύνη τῇ τῆς χάριτος ἀφίξει

...ur gratia. Adhuc viuo ego (dicit ...s) iuuare te paratus, & solito amplius consolari; si confisus fueris mihi, & me deuotè inuocaueris.

3. Animæquior esto, & ad maiorem sustinentiam accingere. Non est totum frustratum, si te sæpiùs percipis tribulatum, vel grauiter tentatum. Homo es, & non Deus: caro es, non angelus. Quomodo tu posses semper in eodem statu virtutis permanere, quando hoc defuit angelo in cælo, & primo homini in paradiso? Ego sum, qui mœrentes erigo sospitate: & suam cognoscentes infirmitatem, ad meam proueho diuinitatem.

4. Domine, benedictum sit verbum tuum, dulce super mel & fauum ori meo. Quid facerem in tantis tribulationibus & angustijs meis, nisi me confortares tuis sanctis sermonibus? Dummodò tandem ad portum salutis perueniam, quid curæ est, quæ & quanta passus fuero? Da finem bonum: da felicem ex hoc mundo transitum. Memento mei Deus meus, & dirige me recto itinere in regnum tuum. Amen.

Cap. LVIII.

De altioribus rebus, & occultis iudicijs Dei non scrutandis.

1. Fili, caueas disputare de altis materijs, & de occultis Dei iudicijs: cur iste sic relinquitur, & ille ad tantam gratiam assumitur? Cur etiam iste tantum affligitur, & ille tam eximiè exaltatur? Ista omnem humanam facultatem excedunt: nec ad inuestigandum iudicium diuinum, vlla ratio præualet vel disputatio. Quando ergo

γλυκαίνεται. ἔτι ἐγὼ ζῶ (ὁ κύριός φη[…] ὢν βοηθεῖν σοι, καὶ πλέον τοῦ εἰωθότος παραμ[…] ἐὰν ἐμοὶ πεποίθῃς, καὶ εὐλαβῶς ἐπικαλέσῃς.

γ'. Θάρσει, καὶ ἐπὶ πλείω ὑπομονὴν παρασκευ[…]άσθητι. οὐ πάντα οἴχεται, εἰ πλεονάκις αἰσθάνῃ θλιβόμενος, ἢ δεινῶς πειραζόμενος. ἄνθρωπος εἶ, καὶ οὐ θεός· σάρξ εἶ, οὐκ ἄγγελος. πῶς σὺ ἂν οἷός τ' ἦς ἐν τῇ ἀρετῆς καταστάσει ἀεὶ διατελεῖν, τούτου τῷ ἀγγέλῳ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τῷ πρώτῳ ἀνθρώπῳ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐπιλείψαντος; ἐγώ εἰμι ὁ τοὺς λυπουμένους ἰώμενος, καὶ τοὺς τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν γινώσκοντας εἰς τὴν θεότητά μου παράγων.

δ'. Κύριε, εὐλογηθήτω ὁ λόγος σου, ὁ γλυκὺς τῷ στόματί μου ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. τί ἂν ἐποίουν ἐν τοιαύταις θλίψεσι καὶ στενοχωρίαις μου, εἰ μὴ τοῖς ἁγίοις λόγοις με ἐδυνάμους; μόνον εἰ τελευταῖον τοῦ τῆς σωτηρίας λιμένος ἐφίξομαι, τί μέλει μοι, τίνα καὶ πόσα ἂν πάθω; δὸς τέλος ἀγαθόν, δὸς μακαρίαν ἐκ τούτου τοῦ βίου διέξοδον. μνήσθητί μου ὁ θεός μου, καὶ κατεύθυνέ με εὐθείᾳ πορείᾳ εἰς τὴν σου βασιλείαν. Ἀμήν.

Κεφ. νη'.

Περὶ τοῦ μὴ σκοπεῖν τὰ ὑψηλότερα, καὶ τὰ κρυπτὰ κρίματα τοῦ θεοῦ.

α'. ΤΕκνον, φυλάττου περὶ τῶν ὑψηλῶν ὑποθέσεων, καὶ τῶν κρυπτῶν κριμάτων τοῦ θεοῦ διαλέγεσθαι, διὰ τί ὁ μὲν οὕτως ἀφίεται, ὁ δ' εἰς τοσοῦτο ἀξίωμα παραλαμβάνεται. διὰ τί ὁ εἷς τοσοῦτο κακοῦται, ὁ δὲ ἕτερος οὕτως ἐξαιρέτως ὑψοῦται. ταῦτα πᾶσαν ἀνθρωπίνην δύναμιν ὑπεραίρει, καὶ οὐδεὶς λόγος, ἢ συζήτησις τὸ θεῖον κρίμα ἐξερευνῆσαι δύναται. ὅτε οὖν ταῦτα ὁ ἐχ-

...ubi suggerit inimicus, vel etiam qui-
...nosi inquirunt homines, responde il-
...d Prophetæ: Iustus es Domine, & rectum iu-
dicium tuum. Et illud: Iudicia Domini ve-
ra, iustificata in semetipsa. Iudicia mea me-
tuenda sunt, non discutienda, quia humano
intellectui sunt incomprehensibilia.

2. Noli etiam inquirere, nec disputare de meritis sanctorum, quis alio sit sanctior, aut quis maior fuerit in regno cælorum. Talia generant sæpè lites & contentiones inutiles, nutriunt quoque superbiam & vanam gloriam: vnde oriuntur inuidiæ & dissensiones, dum iste illum sanctum, & alius alium conatur superbè præferre. Talia autem velle scire & inuestigare nullum fructum afferunt, sed magis sanctis displicent: quia non sum Deus dissensionis sed pacis, quæ pax magis in humilitate vera, quàm in propria exaltatione consistit.

3 Quidam zelo dilectionis, trahuntur ad hos vel ad illos ampliori affectu, sed humano potiùs quàm diuino. Ego sum, qui cunctos condidi sanctos; ego donaui gratiam: ego præstiti gloriam. Ego noui singulorum merita; ego præueni eos in benedictionibus dulcedinis meæ. Ego præsciui dilectos ante sæcula; ego eos elegi de mundo, non ipsi me prælegerunt. Ego vocaui per gratiam, attraxi per misericordiã: ego perduxi eos per tẽtationes varias. Ego infudi consolationes magnificas: ego dedi

perse-

θρὸς ὑποβάλλει, ἢ ἄνθρωποί τι
ἐρωτῶσι, μετὰ τοῦ προφήτου ἀποκρίνου·
καὶ ἀληθεῖαι αἱ κρίσεις σου. καὶ τό, τὰ κρίματα
θινά, καὶ δίκαια ἐπὶ τὸ αὐτό. τὰς κρίσεις μου δεῖ
σθαι, ἀλλ' οὐκ ἐξετάζειν, ὅτι τῇ διανοίᾳ τῇ ἀνθρωπί
ἀνεξερεύνητά ἐστι.

β'. Πρὸς τούτοις μὴ ἐξέταζε, οὐδὲ διαλέγου περὶ τῆς ἀξιωμάτων τῶν ἁγίων, τίς ἂν τοῦ ἄλλου ἁγιώτερος ᾖ, ἢ τίς μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν γένηται. τοιαῦτα πολλάκις ἔριδας καὶ ἀνωφελεῖς διαφορὰς ποιεῖ, τὴν τε ὑπερηφανίαν καὶ κενοδοξίαν αὐξάνει· ὅθεν οἱ φθόνοι καὶ διχοστασίαι γίνονται, τοῦ μὲν τοῦτον ἅγιον, τοῦ δ' ἄλλον ὑπερηφάνως προκρίνειν ἐπιχειροῦντος. τοιαῦτα δὲ βούλεσθαι γινώσκειν καὶ ἐξερευνᾷν μηδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἁγίοις ἀπαρέσκει· ὅτι ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἀκαταστασίας θεός, ἀλλ' εἰρήνης, ἣ μᾶλλον ἐν τῇ ἀληθινῇ ταπεινότητι, ἢ ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑψώσει κεῖται.

γ'. Ενιοι τῷ τῆς ἀγάπης ζήλῳ πρὸς τούτους ἢ ἐκείνους μείζονι διαθέσει ἑλκύονται, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνθρωπίνῃ ἢ θείᾳ. ἐγώ εἰμι ὁ πάντας ἁγίους ποιήσας· ἐγὼ τὴν χάριν ἐδωρησάμην· ἐγὼ τὴν δόξαν ἔδωκα. ἐγὼ τὰς ἑκάστων ἀξίας γινώσκω· ἐγὼ προέφθασα αὐτοὺς ἐν εὐλογίαις χρηστότητός μου. ἐγὼ προέγνων τοὺς ἀγαπητοὺς πρὸ αἰώνων· ἐγὼ αὐτοὺς ἐξελεξάμην ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' αὐτοὶ οὐκ ἐμὲ προεξελέξαντο. ἐγὼ ἐκάλεσα διὰ τῆς χάριτος, προσείλκυσα διὰ τοῦ ἐλέους· ἐγὼ διήγαγον αὐτοὺς διὰ ποικίλους πειρασμούς. ἐγὼ ἐνέχευα παρακλήσεις μεγαλοπρεπεῖς, ἐγὼ τὴν

...tiam: ego coronaui eorum patien-

4. Ego primum & nouissimum agnosco; ego omnes inæstimabili dilectione amplector. Ego laudandus sum in omnibus sanctis meis; ego super omnia benedicendus sum, & honorandus in singulis, quos sic gloriosè magnificaui & prædestinaui, sine vllis præcedentibus proprijs meritis. Qui ergo vnum de minimis meis contempserit, nec magnum honorat, quia pusillum & magnum ego feci. Et qui derogat alicui sanctorum, derogat & mihi, & cæteris omnibus in regno cælorum. Omnes vnum sunt per charitatis vinculum: idem sentiunt, idem volunt, & omnes in vnum se diligunt.

5. Adhuc autem (quòd multò altiùs est) plus me, quàm se & sua merita diligunt. Nam supra se rapti, & extra propriam dilectionem tracti, toti in amorem mei pergunt, in quo & fruitiuè quiescunt. Nihil est, quod eos auertere possit aut deprimere: quippe qui æterna veritate pleni, igne ardescunt inextinguibilis charitatis. Taceant igitur carnales & animales homines, de sanctorum statu differere, qui non norunt nisi priuata gaudia diligere. Demunt & addunt, pro sua inclinatione, non prout placet æternæ veritati.

6. In multis est ignorantia, eorum maximè, qui parùm illuminati, raro aliquem perfecta dilectione spirituali diligere norunt. Multùm adhuc naturali affectu & humana amicitia, ad hos vel ad illos trahuntur: & sicut in inferioribus se habent, ita & de cælestibus imaginantur. Sed est distantia incom-

ὑπομονὴν ἔδωκα, ἐγὼ τὴν ὑπομον…

δʹ. Ἐγὼ τὸν πρῶτον καὶ τὸν ἔσχατον γ… τας ἀτιμήτῳ ἀγάπῃ ἀγαπῶ. ἐγὼ ἐν πᾶσ… ἐπαινετός· ἐγὼ εὐλογητὸς ὑπὲρ πάντα, καὶ τιμ… ἑκάστοις, οὓς οὕτως ἐνδόξως ἐμεγάλυνα, καὶ προ… μηδεμιᾶς ἀξίας ἰδίας προελθούσης. ὁ τοίνυν ἑνὸς τούτων τῶν ἐλαχίστων καταφρονῶν, τὸν μέγαν οὐ τιμᾷ, ὅτι τὸν μικρὸν καὶ τὸν μέγαν ἐγὼ ἐποίησα. καὶ ὁ καταλαλῶν τινος τῶν ἁγίων, κἀμοῦ καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν καταλαλεῖ. πάντες ἕν εἰσι διὰ συνδέσμου τῆς ἀγάπης· τὸ αὐτὸ φρονοῦσι, τὸ αὐτὸ βούλονται, καὶ πάντες ἀλλήλους ἀγαπῶσιν.

εʹ. Ἔτι δὲ (ὃ πολλῷ ὑψηλότερόν ἐστι) μᾶλλον ἐμέ, ἢ αὑτοὺς καὶ τὰς ἀξίας αὑτῶν ἀγαπῶσιν. ὑπὲρ γὰρ αὑτοὺς ἡρπασθέντες, καὶ ἔξω τῆς φιλαυτίας ἑλκυσθέντες, ὅλοι εἰς τὴν ἀγάπην μου τείνουσιν, ἐν ᾗ καὶ ἀπολαυστικῶς ἀναπαύονται. μηδέν ἐστι τὸ αὐτοὺς ἀποστρέφειν ἢ καταπιέζειν δυνάμενον· τῆς γὰρ αἰωνίου ἀληθείας πλησθέντες, τῷ τῆς ἀσβέστου ἀγάπης πυρὶ καίονται. σιωπάτωσαν οὖν οἱ σαρκικοὶ καὶ ψυχικοὶ ἄνθρωποι περὶ τῆς τῶν ἁγίων καταστάσεως διαλεγόμενοι, οἵτινες μόνον τὰς ἰδίας χαρὰς ἀγαπᾷν γινώσκουσιν. ἀφαιροῦνται καὶ προστιθέασι κατὰ τὸ ἐπιρρεπὲς αὑτῶν, οὐ καθὼς τῇ αἰωνίῳ ἀληθείᾳ ἀρέσκει.

ϛʹ. Πολλοῖς μὲν ἡ ἄγνοια ἔνεστι, μάλιστα δὲ τοῖς μικρὸν φωτισθεῖσιν, οἵτινες σπανίως τῇ τελείᾳ καὶ πνευματικῇ ἀγάπῃ ἀγαπᾷν τινα ἐπίστανται. σφόδρα τῷ φυσικῷ πάθει καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φιλίᾳ πρὸς τούτους ἢ ἐκείνους ἔτι ἑλκύονται, καὶ ὡς πρὸς τὰ κάτω ἔχουσιν, οὕτω καὶ τὰ οὐράνια φαντάζονται. ἀλλὰ μὴν ἀσύμβλητος

 διαφο-

[...]is; quæ imperfecti cogitant, & [...]nati viri, per reuelationem supernam [...]ntur.

7. Caue ergo fili, de istis curiosè tractare, quæ tuam scientiam excedunt: sed hoc magis satage & intende, vt vel minimus in regno Dei queas inueniri. Et si quispiam sciret, quis alio sanctior esset, vel maior haberetur in regno cælorum: quid ei hæc notitia prodesset, nisi se ex hac cognitione coram me humiliaret, & in maiorem nominis mei laudem exurgeret? Multò acceptiùs Deo facit, qui de peccatorum suorum magnitudine, & virtutum suarum paruitate cogitat, & quàm longè à perfectione sanctorum distat; quàm is, qui de eorum maioritate vel paruitate disputat. Melius est sanctos deuotis precibus & lachrymis exorare, & eorum gloriosa suffragia humili mente implorare; quàm eorum secreta, vana inquisitione perscrutari.

8. Illi bene & optimè contentantur, si homines scirent contentari, & vaniloquia sua compescere. Non gloriantur de proprijs meritis, quippe qui sibi nihil bonitatis ascribunt, sed totum mihi: quoniam ipsis cuncta ex infinita charitate mea donaui. Tanto amore diuinitatis, & gaudio superefluenti replentur; vt nihil eis desit gloriæ, nihilque possit deesse felicitatis. Omnes sancti, quantò altiores in gloria, tantò humiliores in seipsis, & mihi viciniores & dilectiores existunt. Ideoq; habes scriptũ,

quia

διαφορά ἐστι τῶν τοῖς ἀτελέσιν [illegible] φωτισθεῖσιν ἀνδράσι διὰ τῆς ἀποκαλ[illegible] θεωρουμένων.

ζ. Φυλάττου τοίνυν τέκνον, περὶ μὲν τῶν τιμ[illegible]μὴν σου ὑπερβαλλόντων περιέργως φιλοσοφεῖν, μ[illegible]λον δ᾽ ἐπιμελοῦ καὶ φρόντιζε, ὅπως ὁ ἐλάχιστός γε ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ εὑρίσκεσθαι δυνηθῇς. κἂν τις ἐγίνωσκε, τίς ἂν ἀξιώτερος τοῦ ἄλλου ἦν, ἢ μείζων ἐδόκει ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, τί αὕτη γνῶσις αὐτὸν ὠφέλει, εἰ μὴ ἐξ αὐτῆς ἑαυτὸν ἐταπείνου, καὶ εἰς μείζω ἔπαινον τοῦ ὀνόματός μου ἀνίστατο; πολλῷ μᾶλλον τῷ θεῷ χαρίζεται, ὁ τὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ μέγεθος, καὶ τὴν τῶν ἀρετῶν ὀλιγότητα, καὶ ὅσον ἂν τῆς τῶν ἁγίων τελειότητος ἀπέχῃ, διανοούμενος, ἢ ὁ περὶ τῆς μείζονος, ἢ ἐλάττονος ὑπεροχῆς αὐτῶν διαλεγόμενος. Βέλτιόν ἐστι πρὸς τοὺς ἁγίους, δεήσεις εὐλαβεῖς μετὰ δακρύων ποιῆσαι, καὶ τὴν αὐτῶν ἔνδοξον βοήθειαν ταπεινῶς ἐπικαλέσασθαι, ἢ τὰ αὐτῶν ἀπόρρητα ματαίᾳ ἐξετάσει διερευνᾶν.

η. Αὐτοὶ καλῶς καὶ κάλλιστα ἀρκοῦνται, εἴπερ ἄνθρωποι ἀρκεῖσθαι καὶ τῆς ματαιολογίας αὐτῶν κρατεῖν ἐδύναντο. οὐ καυχῶνται ἐπὶ ταῖς ἰδίαις ἀξίαις, μηδὲν δήπου ἀγαθὸν αὑτοῖς, ἀλλ᾽ ἐμοὶ πᾶν ἀνατιθέντες, ὅτι πάντα αὐτοῖς ἐκ τῆς ἀπείρου ἀγάπης μου ἐδωρησάμην. τοσαύτης φιλοθεΐας, καὶ χαρᾶς ὑπερεκχυνομένης πλήθονται, ὥστε μηδεμιᾶς δόξης ἐλλείπειν, οὐδ᾽ εὐδαιμονίας τινὸς αὐτοὺς δύνασθαι ὑστερίζειν. πάντες οἱ ἅγιοι, ὅσῳ ὑψηλότεροι τῇ δόξῃ, τοσούτῳ ταπεινότεροι ἐν αὐτοῖς, καί μοι ἐγγύτεροι καὶ προσφιλέστεροι τυγχάνουσι. διὸ γέγραπται

ὅτι

...at coronas suas ante Deum, & ce-
... facies suas coram agno, & adoraue-
...entem in sæcula sæculorum.

9. Multi quærunt, quis maior sit in regno Dei: qui ignorant, an cum minimis erunt digni computari. Magnum est, vel minimum esse in cælo, vbi omnes magni sunt: quia omnes filij Dei vocabuntur & erunt. Minimus erit in mille, & peccator centum annorum morietur. Cùm enim quærerent discipuli, quis maior esset in regno cælorum; tale audierunt responsum: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque ergo humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum.

10. Væ eis, qui cum paruulis humiliare se sponte dedignantur: quoniam humilis ianua regni cælestis, eos non admittet intrare. Væ etiam diuitibus, qui habent hîc consolationes suas: quia pauperibus intrantibus in regnum Dei, ipsi stabunt foris eiulantes. Gaudete humiles & exultate pauperes, quia vestrum est regnum Dei, si tamen in veritate ambulatis.

CAP. LIX.

Quòd omnis spes & fiducia in solo Deo est figenda.

1. DOmine, quæ est fiducia mea, quam in hac vita habeo? aut quod maius solatium meum, ex omnibus apparentibus sub cælo? Nónne tu, Domine Deus meus, cuius misericordiæ non est numerus? Vbi mihi bene

ὅτι ἔβαλον τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώ… πεσον ἐπὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἐνώπ… προσεκύνησαν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰ…

θ΄. Πολλοὶ ζητοῦσι, τίς ἂν μείζων ἦ ἐν τῇ β… τοῦ θεοῦ, ἀγνοοῦντες εἰ μετὰ τῶν ἐλαχίστων συγκατα… φμηθῆναι ἀξιωθήσονται. μέγα ἐστὶ τὸ γ' ἐλάχιστον εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅπου πάντες μεγάλοι εἰσίν· ὅτι πάντες υἱοὶ τοῦ θεοῦ κληθήσονται, καὶ ἔσονται. ὁ ὀλιγοστὸς ἔσται εἰς χιλιάδας, ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς ἑκατὸν ἐτῶν ἀποθανεῖται. οἱ γὰρ μαθηταὶ ζητοῦντες, τίς ἄρα μείζων ἦν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, τοιαύτης ἀποκρίσεως ἤκουσαν· ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε, ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὅστις οὖν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν, ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

ι΄. Οὐαὶ τοῖς μετὰ τῶν παιδίων ἑκόντι ταπεινῶσαι ἑαυτοὺς οὐ βουλομένοις, ὅτι ἡ τῆς οὐρανίου βασιλείας θύρα ταπεινὴ οὖσα αὐτοὺς εἰσελθεῖν οὐκ ἐάσῃ. πρὸς τούτοις, οὐαὶ τοῖς πλουσίοις τοῖς ἐνθάδε τὰς παρακλήσεις αὐτῶν ἔχουσιν· ὅτι, τῶν πτωχῶν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσερχομένων, αὐτοὶ ὀλολύζοντες ἔξω στήσονται. εὐφράνθητε ταπεινοὶ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε πτωχοὶ, ὅτι ὑμῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, μόνον εἰ ἐν τῇ ἀληθείᾳ περιπατεῖτε.

Κεφ. νθ΄.

Ὅτι δεῖ πᾶσαν ἐλπίδα καὶ πεποίθησιν ἐν τῷ θεῷ ἔχειν.

α΄. Κύριε, τίς ἐστιν ἡ πεποίθησίς μου, ἣν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἔχω; ἢ τίς μείζων παραμυθία μου ἐκ πάντων τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν φαινομένων; οὐχὶ σὺ, κύριε ὁ θεός μου, οὗτινος ἐλέους οὐκ ἔστιν ἀριθμός; ποῦ καλῶς

εἶχον

...ne te? Aut quando malè esse po... ...lente te? Malo pauper esse propter ...m diues sine te. Eligo potius tecum in terra peregrinari, quàm sine te cælum possidere. Vbi tu, ibi cælum: atque ibi mors & infernus, vbi tu non es. Tu mihi in desiderio es: & ideo post te gemere, clamare, & exorare necesse est. In nullo denique possum plenè confidere, qui in necessitatibus auxilietur opportunis, nisi in te solo Deo meo. Tu es spes mea, & fiducia mea; tu consolator meus, & fidelissimus in omnibus.

2. Omnes, quæ sua sunt quærunt: tu salutem meam, & profectum meum solummodò prætendis, & omnia in bonum mihi conuertis. Etiam si varijs tentationibus & aduersitatibus exponas, hoc totum ad vtilitatem meam ordinas, qui mille modis dilectos tuos probare consueuisti. In qua probatione, non minùs diligi debes & laudari, quàm si cælestibus consolationibus me repleres.

3. In te ergo, Domine Deus, pono totam spem meam & refugium: in te omnem tribulationem & angustiam meam constituo, quia totum infirmum, & instabile inuenio, quicquid extra te conspicio. Non enim proderunt multi amici, neque fortes auxiliarij adiuuare poterunt, nec prudentes consiliarij responsum vtile dare, neque libri doctorum consolari, nec aliqua pretiosa substātia liberare, nec locus aliquis secretus & amoenus cōtutari: si tu ipse non assistas, iuues,

εἶχον χωρὶς σοῦ; ἢ πότε κακῶς ἐχ
ρόντος σοῦ; μᾶλλον βούλομαι πτωχεύει
νευ σοῦ πλουτεῖν. προαιροῦμαι συναποδημε
τῆς γῆς, ἀντὶ τοῦ τὸν. οὐρανὸν χωρὶς σοῦ κτήσασθαι.
σὺ εἶ, ἐκεῖ ὁ οὐρανός· ἐκεῖ δὲ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης, ὅπου
σὺ ἄπει. σὲ ἐπιποθῶ, καὶ διὰ τοῦτο δεῖ ἐμὲ ὄπισθέν σου
στενάζειν, κράζειν τε καὶ ἀντιβολεῖν. τέλος δὲ μηδενὶ,
παντελῶς πεποιθέναι δύναμαι, ὃς ἂν ἐν ταῖς ἀνάγκαις
εὐκαίρως βοηθήσῃ, εἰ μή σοι μόνῳ τῷ θεῷ μου. σὺ εἶ
ἐλπίς μου, καὶ πεποίθησίς μου· σὺ παράκλητός μου, καὶ
πιστότατος ἐν πᾶσιν.

β′. Οἱ πάντες τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσι· σὺ μόνον τῆς σωτηρίας μου καὶ τῆς προκοπῆς μου φροντίζεις, καὶ πάντα εἰς τἀγαθόν μοι ἐπιστρέφεις. κἂν εἰς ποικίλους πειρασμοὺς καὶ συμφορὰς ἐμὲ καθιστῇς, ὅλον τοῦτο εἰς τὸ ὠφελῆσαί με κατευθύνεις, ὃς χιλιοτρόπως τοὺς ἐκλεκτούς σου δοκιμάσαι εἴωθας. ἐν ταύτῃ δὲ δοκιμασίᾳ οὐχ ἧττον χρὴ ἀγαπᾷν καὶ ἐπαινεῖν σε, ἤπερ εἰ τῶν οὐρανίων παρακλήσεών με ἔπλησες.


γ′. Ἐν σοὶ τοίνυν, κύριε ὁ θεὸς, τίθημι ὅλην τὴν ἐλπίδα καὶ καταφυγήν μου· ἐν σοὶ πᾶσαν τὴν θλῖψιν καὶ τὴν στενοχωρίαν μου καθίστημι, ὅτι πᾶν ἀσθενὲς καὶ ἀσταθὲς εὑρίσκω, ὅ, τι ἔξω σοῦ βλέπω. οὐ γὰρ λυσιτελήσουσι πολλοὶ φίλοι, οὐδὲ δυνήσονται ἰσχυροὶ βοηθοὶ ἐπικουρεῖν, οὐδὲ φρόνιμοι βουλευταὶ συμφέρουσαν ἀπόκρισιν διδόναι, οὐδὲ βίβλοι τῶν διδασκάλων παραμυθεῖσθαι, οὐδὲ τιμία οὐσία λυτροῦν, οὐδὲ τόπος ἀποκεκρυμμένος καὶ τρυφερὸς ἀσφαλίζειν, εἰ μὴ σὺ αὐτὸς παρίστασαι,

βοηθεῖς

...tes, consoleris, instruas, & custo-

4. Omnia namque, quæ ad pacem videntur esse, & felicitatem habendam, te absente nihil sunt, nihilque felicitatis in veritate conferunt. Finis ergò omnium bonorum, & altitudo vitæ, & profunditas eloquiorum tu es: & in te super omnia sperare, fortissimum solatium seruorum tuorum. Ad te sunt oculi mei, in te confido, Deus meus misericordiarum pater. Benedic & sanctifica animam meam benedictione cælesti, vt fiat habitatio sancta tua, & sedes æterna gloriæ tuæ: nihilque in templo tuæ dignitatis inueniatur, quod oculos tuæ maiestatis offendat. Secundùm magnitudinem bonitatis tuæ, & multitudinē miserationum tuarum respice in me, & exaudi orationem pauperis serui tui, longè exulantis in regione vmbræ mortis. Protege & conserua animam seruuli tui, inter tot discrimina vitæ corruptibilis, ac comitante gratia tua, dirige per viam pacis, ad patriam perpetuæ claritatis.
Amen.

FINIS.



LIBER

βοηθεῖς, δυναμοῖς, παρακαλεῖς,
λάττεις.

δ΄. Ἅπαντα γὰρ τὰ εἰς εἰρήνην καὶ εὐδαιμ
ρεῖν δοκοῦντα, ἀπόντος σου, μηδέν ἐστι, καὶ ἀληθῶ
δεμίαν εὐδαιμονίαν παρέχει. τὸ τέλος οὖν πάντων ἀ
θῶν, καὶ τὸ ὕψος τῆς ζωῆς, καὶ τὸ βάθος τῶν λογίων σὺ ὑπάρ-
χεις, καὶ τὸ ἐπὶ σὲ ὑπὲρ πάντα ἐλπίζειν ἰσχυροτάτη πα-
ραμυθία τῶν δούλων σου ἐστί. πρὸς σὲ οἱ ὀφθαλμοί μου εἰ-
σιν, ἐπὶ σοὶ πέποιθα ὁ θεός μου ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν.
εὐλόγει καὶ ἁγίαζε τὴν ψυχήν μου εὐλογίᾳ τῇ οὐρανίᾳ,
ἵνα γένηται ἁγία οἴκησίς σου καὶ θρόνος τῆς αἰωνίου δό-
ξης σου· καὶ μηδὲν ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἀξιώματός σου εὑρεθῇ,
ὅ,τι ἂν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς μεγαλειότητός σου προσ-
κρούσῃ. κατὰ τὸ μέγεθος τῆς χρηστότητός σου, καὶ τὸ πλῆ-
θος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἀπόβλεπε εἰς ἐμὲ, καὶ εἰσάκουε τῆς
δεήσεως τοῦ δούλου σου, τοῦ μακρὰν μετοικοῦντος ἐν χώρᾳ
σκιᾶς θανάτου. φύλαττε καὶ σῶζε τὴν ψυχὴν τοῦ δου-
λαρίου σου, μεταξὺ τοσούτων κινδύνων τῆς φθαρτῆς ζω-
ῆς· καὶ τῆς χάριτός σου παρακολουθούσης, κατεύθυνε
αὐτὴν δι' ὁδοῦ τῆς εἰρήνης εἰς πατρίδα τῆς
αἰωνίου λαμπρότητος.
Ἀμήν.

ΤΕΛΟΣ.



...BER QVARTVS.

...ota exhortatio, ad sacram Communionem.

VOX CHRISTI.

VEnite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, dicit Dominus. Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meam commemorationem. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

CAP. I.

Cum quanta reuerentia, Christus sit suscipiendus.

VOX DISCIPVLI.

1. HÆc sunt verba tua Christe, veritas æterna, quamuis non vno tempore prolata, nec vno in loco conscripta. Quia ergo tua sunt, & vera, gratanter mihi & fideliter, cuncta sunt accipienda. Tua sunt, & tu ea protulisti: & mea quoque sunt, quia pro salute mea ea edidisti. Libenter suscipio ea ex ore tuo, vt arctius inserantur cordi meo. Excitant me verba tantæ pietatis, plena dulcedinis & dilectionis. Sed terrent me delicta propria: & ad capienda tanta mysteria, me reuerberat impura conscientia. Prouocat me dulcedo verborum tuorum, sed onerat me multitudo vitiorum meorum.

2 Iubes,

ΒΙΒΛΙΟΝ

Κυμενὴς παραίνεσις πρὸς τὴν ἱερα

Η φωνὴ τοῦ Χριστοῦ.

ΔΕῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορ
μένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, λέγει ὁ κύριος. ἄρ
τος, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστὶν, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. λάβετε καὶ φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμα καὶ ζωή ἐστι.

Κεφάλαιον α΄.

Ὅσῃ εὐλαβείᾳ δεῖ τὸν Χριστὸν ἀποδέξασθαι.

Η φωνὴ τοῦ μαθητοῦ.

α΄. ΤΑ ῥήματα ταῦτα, σά ἐστιν, ὦ Χριστὲ, αἰώνιε ἀλήθεια, καίπερ οὐχ ἑνὶ χρόνῳ λεχθέντα, οὐδ᾽ ἐν ἑνὶ τόπῳ συγγραφθέντα. ἐπεὶ οὖν σὰ καὶ ἀληθῆ ἐστιν, εὐχαρίστως καὶ πιστῶς αὐτὰ ἀποδεκτέον. σὰ ὑπάρχει, καὶ σὺ αὐτὰ εἶπας· καίτοι καὶ ἐμά ἐστιν, ὅτι ὑπὲρ τῆς σωτηρίας μου αὐτὰ ἐξηγόρευσας. ἀσμένως ἀποδέχομαι αὐτὰ ἐκ τοῦ στόματός σου, τοῦ βεβαιότερον τῇ καρδίᾳ μου συνάψαι. παρορμᾷ μὲν ἐμὲ τοιαύτης εὐσπλαγχνίας ῥήματα, πλήρη γλυκύτητος καὶ ἀγάπης ὄντα· φοβεῖ δὲ τὰ ἴδια ἁμαρτήματα, κἀμὲ ἡ ἀκάθαρτος συνείδησις, τοῦ τοσούτοις μυστηρίοις προσφέρεσθαι ἀπωθεῖ. παροξύνει με ἡ ἡδυλογία σου· ἀλλὰ τὸ τῶν κακιῶν μου πλῆθός με ἐπιφορτίζει.

…iducialiter ad te accedam, si te… …abere partem: & vt immortalitatis …armoniam, si æternam cupiam obtinere vitam & gloriam. Venite, inquis, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. O dulce & amicabile verbum in aure peccatoris, quòd tu, Domine Deus meus, egenum & pauperem inuitas ad communionem tui sanctissimi corporis. Sed quis ego sum Domine, vt ad te præsumam accedere? Ecce, cæli cælorum te non capiunt, & tu dicis: Venite ad me omnes.

3. Quid sibi vult ista pijssima dignatio, & tam amicabilis inuitatio? Quomodo ausus ero venire, qui nihil boni mihi conscius sum, vnde possim præsumere? Quomodo te introducam in domum meam, qui sæpiùs offendi benignissimam faciem tuam? Reuerentur angeli, & archangeli, metuunt sancti & iusti, & tu dicis: Venite ad me omnes? Nisi tu Domine hoc diceres, quis verum esse crederet? Et nisi tu iuberes, quis accedere attentaret? Ecce, Noë vir iustus in arcæ fabrica, centum annis laborauit, vt cum paucis saluaretur: & ego quomodo me potero vna hora præparare, vt mundi fabricatorem, cum reuerentia sumam?

4. Moyses famulus tuus, magnus & specialis amicus tuus, arcam ex lignis imputribilibus fecit, quam & mundissimo vestiuit auro, vt tabulas legis in ea reponeret: & ego putrida, creatura audebo te conditorē legis, ac vitæ datorem tā facilè suscipere? Salomon sapientissimus regū

Israël,

β΄. Κελεύεις με πεποιθότως σο[illegible] μετά σου μέρος ἔχειν βουληθῶ· καὶ τὴν τ[illegible] φὴν λαβεῖν, ἐὰν τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ τῆς δόξης [illegible] ποθήσω. δεῦτε, φησὶ, πρός με πάντες οἱ κοπ[illegible] πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ὢ γλ[illegible] προσφιλὲς ῥῆμα ἐν τῷ ὠτὶ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὅτι σὺ κύριε ὁ θεός μου, τὸν πτωχὸν καὶ πένητα εἰς τὴν κοινωνίαν τοῦ ἁγιωτάτου σώματός σου καλεῖς. ἀλλὰ μὴν τίς ἐγώ εἰμι, ἵνα σοι προσελθεῖν τολμήσω; ἰδοὺ οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν οὐκ ἀρκοῦσί σοι, καὶ σὺ λέγεις· δεῦτε πρός με πάντες.

γ΄. Τί βούλεται αὕτη ἡ ἠπιωτάτη ἀξίωσις, καὶ οὕτω προσφιλὴς κλῆσις; πῶς τολμήσω ἔρχεσθαι ὁ μηδὲν ἀγαθὸν συνοιδώς μοι, ὅθεν ἂν προσλαβεῖν δυνηθῶ; πῶς εἰσάξω σε εἰς τὸν οἶκόν μου, ὁ πλεονάκις τῷ εὐμενεστάτῳ προσώπῳ σου προσπταίσας; ἐντρέπονται οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ ἀρχάγγελοι, φοβοῦνται οἱ ἅγιοι καὶ δίκαιοι, καὶ σὺ λέγεις· δεῦτε πρός με πάντες. εἰ μὴ σὺ κύριε τοῦτο ἔλεγες, τίς ἂν τοῦτο ἀληθὲς εἶναι ἐπίστευε; καὶ εἰ μὴ σὺ ἐπέταξες, τίς προσελθεῖν ἐπεχείρει; ἰδοὺ, ὁ Νῶε ἀνὴρ δίκαιος ἐν τῷ ποιεῖν τὴν κιβωτὸν ἑκατὸν ἔτη ἐπόνησε, τοῦ μετ᾽ ὀλίγων σωθῆναι· κἀγὼ πῶς οἷός τε ἔσομαι μιᾷ ὥρᾳ παρασκευάζειν με τοῦ τὸν κτίστην τοῦ κόσμου εὐλαβῶς λαβεῖν;

δ΄. Ο Μωϋσῆς ὁ δοῦλός σου, μέγας καὶ ἴδιος φίλος σου, τὴν κιβωτὸν ἐκ τοῦ ἀσήπτου ξύλου ἐποίησεν, ἣν καὶ κατεχρύσωσε χρυσίῳ καθαρωτάτῳ, τοῦ ἐν αὐτῇ ἀποθῆναι τὰς πλάκας τοῦ νόμου· κἀγὼ σαπρὰ κτίσις σὲ τὸν νομοθέτην καὶ δοτῆρα τῆς ζωῆς οὕτω ῥᾳδίως ὑποδέξασθαι τολμήσω; ὁ Σολομὼν σοφώτατος τῶν βασιλέων τοῦ

Ἰσραὴλ

…um magnificum septem annis, in … nominis tui ædificauit: & octo diebus …um dedicationis eius celebrauit: mille hostias pacificas obtulit: & arcam fœderis in clangore buccinæ & iubilo, in locum sibi præparatum solenniter collocauit. Et ego infelix & pauperrimus hominum, quomodo te in domum meam introducam, qui vix mediam expendere deuotè noui horam? & vtinam vel semel dignè ferè mediam.

5. O mi Deus, quantum illi, ad placendum tibi, agere studuerunt. Heu, quàm pusillum est, quod ago: quàm breue expleo tempus, cùm me ad communicandum dispono. Raro totus collectus, rarissimè ab omni distractione purgatus. Et certè in tua salutari deitatis præsentia, nulla deberet occurere indecens cogitatio, nulla etiam occupare creatura: quia non angelum, sed angelorum dominum, suscepturus sum hospitio.

6. Est tamen valde magna distantia, inter arcam fœderis cum suis reliquijs, & mundissimum corpus tuum cum suis ineffabilibus virtutibus: inter legalia illa sacrificia futurorum præfiguratiua, & veram tui corporis hostiam, omnium antiquorum sacrificiorum completiuam. Quare igitur non magis, ad tuam venerabilem inardesco præsentiam? Cur non maiori me præparo sollicitudine, ad tua sancta sumenda: quando illi antiqui sancti Patriarchæ & & Prophetæ, reges quoq; & principes, cũ vniuerso populo,

Ἰσραὴλ μεγαλοπρεπῆ ναὸν, ἐπ ὀνόματός σου ᾠκοδόμησε· καὶ ἡμέρ ἐγκαινίων ἑορτὴν ἤγαγε· χιλίας θυσ ἔθυσε, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης ἐν κλα σάλπιγγος καὶ ἀλαλαγμοῦ εἰς τόπον αὐτῇ ἑτοιμα τα λαμπρῶς διεκάθισε· κἀγὼ ταλαίπωρος καὶ πενέστατος τῶν ἀνθρώπων, πῶς ἄν σε εἰς τὸν οἶκόν μου εἰσαγάγω, ὁ μόλις ἡμίσειαν ὥραν θεοσεβῶς διατρίβειν εἰδώς; εἴπερ δὲ ἅπαξ γε ἀξίως σχεδὸν ἡμίσειαν.

εʹ. Ὦ θεέ μου, ὅσον ἐκεῖνοι περὶ τὸ ἀρέσκειν σοι ἐσπούδασαν. φεῦ, ὡς μικρόν ἐστιν, ὅ,τι ποιῶ· ὡς βραχὺν χρόνον ἀναλίσκω εἰς τὸ κοινωνεῖν ἐμὲ παρασκευάζων. σπανίως ὅλος συλλεχθείς, σπανιώτατα ἀπὸ παντὸς διασπασμοῦ καθαρισθεὶς τυγχάνω. καίτοι ἐν τῇ τῆς θεότητός σου σωτηριώδει παρουσίᾳ ἔδει ἂν μηδένα ἀπρεπῆ λογισμὸν εἰς τὸν νοῦν ἔρχεσθαι, οὐδὲ τινα κτίσιν μοι ἀσχολίαν παρέχειν, ὅτι οὐκ ἄγγελον, ἀλλὰ τὸν κύριον τῶν ἀγγέλων ξενίσω.

ϛʹ. Ἀλλ᾽ ὅμως πολὺ διαφέρει ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης σὺν τοῖς λειψάνοις αὐτῆς, καὶ τὸ καθαρώτατον σῶμά σου σὺν ταῖς ἀπορρήτοις δυνάμεσιν αὐτοῦ· αἵ τε νομικαὶ θυσίαι τῶν μελλόντων προτυπωτικαί, καὶ ἡ τοῦ σώματός σου ἀληθινὴ ἀναφορὰ, πασῶν παλαιῶν θυσιῶν συμπληρωτική. διατί οὖν οὐ μᾶλλον τῇ σεβασμίᾳ παρουσίᾳ σου ἐκπυροῦμαι; διατί οὐ μείζονι ἐπιμελείᾳ εἰς τὸ τὰ ἅγιά σου λαβεῖν με παρασκευάζω, τῶν παλαιῶν ἁγίων Πατριαρχῶν καὶ Προφητῶν, τῶν τε βασιλέων καὶ ἀρχόντων, σὺν παντὶ

λαῷ,

[...]deuotionis demonstrarunt affe[...]ctum diuinum?

7. Saltauit deuotissimus rex Dauid coram arca Dei totis viribus, recolens beneficia olim indulta patribus: fecit diuersi generis organa, psalmos edidit, & cantari instituit cum lætitia, cecinit & ipse frequenter in cithara, Spiritus sancti afflatus gratia: docuit populum Israël toto corde Deum laudare, & ore consono diebus singulis benedicere & prædicare. Si tanta agebatur tunc deuotio, ac diuinæ laudis extitit recordatio coram arca testamenti: quanta nunc mihi,& omni populo Christiano, habenda est reuerentia & deuotio in præsentia sacramenti,in sumptione excellentissimi corporis Christi?

8. Currunt multi ad diuersa loca, pro visitandis reliquijs sanctorum: & mirantur auditis gestis eorum, ampla ædificia templorum inspiciunt, & osculantur sericis & auro inuoluta sacra ossa ipsorum. Et ecce,tu præsens es hîc apud me in altari, Deus meus, Sanctus Sanctorum, creator omnium, & Dominus Angelorum. Sæpè in talibus videndis curiositas est hominum, & nouitas inuisorum, & modicus reportatur emendationis fructus; maximè vbi est tam leuis, sine vera contritione, discursus. Hîc autem in sacramento altaris, totus præsens es,Deus meus, homo Christus Iesus: vbi

καιρῷ, τοσοῦτο εὐλαβείας πάθος ἐν [illegible] ἐπιδειξάντων.

ζ. Ὠρχήσατο ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς [illegible] προσθεν τῆς κιβωτοῦ τοῦ θεοῦ ἐξ ὅλης ἰσχύος, τ[illegible] λαι πατράσι γενομένων εὐεργετημάτων ἀνάμνησ[illegible] ἐποίησε ποικίλα ὄργανα, τοὺς ψαλμοὺς ἐξέδωκε, καὶ [illegible] πέταξεν ᾄδεσθαι αὐτοὺς ἐν εὐφροσύνῃ· ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς πολλάκις τῇ κιθάρᾳ ᾖσε, τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτι ἐμπνευστὸς ὤν· τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραὴλ ἐδίδαξε τὸν θεὸν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ αἰνέσαι, καὶ συνηχεῖ στόματι καθ' ἑκάστην εὐλογῆσαι καὶ κηρύξαι. εἰ τοσαύτη εὐλάβεια καὶ ἀνάμνησις τοῦ θείου ἐπαίνου ἐναντίον τῆς κιβωτοῦ τῆς διαθήκης τότε ἐγένετο, πόσην αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν δεῖ νῦν ἐμέ, καὶ πάντα τὸν χριστιανὸν λαὸν ἐν παρουσίᾳ τοῦ μυστηρίου, καὶ ἐν κοινωνίᾳ τοῦ ἐπιφανεστάτου σώματος τοῦ Χριστοῦ ἔχειν;

η. Πολλοὶ εἰς διαφέροντας τόπους τρέχουσι, τοῦ τὰ τῶν ἁγίων λείψανα ἐπισκέψασθαι, καὶ τὰς αὐτῶν πράξεις ἀκούσαντες θαυμάζουσι, τὰς τῶν ναῶν μεγάλας οἰκοδομὰς ἐφορῶσι, καὶ τὰ ἅγια ὀστέα αὐτῶν τὰ σηρικῷ καὶ χρυσῷ ἐντυλιχθέντα καταφιλοῦσιν· ἰδοὺ δὲ σὺ πάρει ἐνθάδε παρά μοι ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ὁ θεός μου, ὁ ἅγιος τῶν ἁγίων, κτιστὴς ἁπάντων, καὶ κύριος τῶν ἀγγέλων. πολλάκις ἐν τῷ τοιαῦτα βλέπειν περιεργία τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τῶν οὐχ ἑωραμένων καινότης, καὶ ὀλίγη ὠφέλεια τῆς ἐπανορθώσεως ἐκεῖθεν γίνεται, ἄλλως τε ἐὰν ἡ διαδρομὴ οὕτω κούφη ἄνευ τῆς ἀληθινῆς συντρίψεως ᾖ. ἔνθα δὲ ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ θυσιαστηρίου ὅλος πάρει ὁ θεός μου, ὁ ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς·

...sus percipitur æternæ salutis fru... quotiescunque fueris dignè ac deuotè ...ptus. Ad istud verò non trahit leuitas aliqua, nec curiositas aut sensualitas: sed firma fides, deuota spes, & syncera charitas.

9. O inuisibilis conditor mundi Deus, quàm mirabiliter agis nobiscum: quàm suauiter & gratiosè cum electis tuis disponis, quibus temetipsum in sacramento sumendum proponis. Hoc namque omnem intellectum superat: hoc specialiter deuotorum corda trahit, & accendit affectum. Ipsi enim veri fideles tui, qui totam vitam suam ad emendationem disponunt, ex hoc dignissimo sacramento, magnam deuotionis gratiam, & virtutis amorem frequenter recipiunt.

10. O admirabilis & abscondita gratia sacramenti, quam norunt tantùm Christi fideles: infideles autem, & peccatis seruientes, experiri non possunt. In hoc sacramento confertur spiritualis gratia, & reparatur in anima virtus amissa: & per peccatum deformata redit pulchritudo. Tanta est aliquando hæc gratia, vt ex plenitudine collatæ deuotionis, non tantùm mens, sed & debile corpus, vires sibi præstitas sentiat ampliores.

11. Dolendum tamen valde & miserandum, super tepiditate & negligentia nostra, quòd non maiori affectione trahimur ad Christũ sumendũ in quo tota spes saluandorũ consistit, & meritũ.

Ipse

ὅπου καὶ εὔπορος τῆς αἰωνίου σωτηρίας κ
ται, ὁποσάκις ἂν ἀξίως καὶ εὐλαβῶς παρ
τοῦτο δ᾽ οὐ κουφότης τις, οὐδὲ πολυπραγμοσύ
αἰσθητικόν, ἀλλ᾽ ἡ βεβαία πίστις, εὐλαβὴς ἐλπίς, κ
λικρινὴς ἀγάπη ἑλκύει.

θ'. Ὦ ἀόρατε κτιστὰ τοῦ κόσμου ὁ Θεός, ὡς θαυμαστῶς προσφέρῃ ἡμῖν, ὡς ἡδέως καὶ χαριέντως τὰ τῶν ἐκλεκτῶν σου διατίθης, οἵσπερ σεαυτὸν ἐν τῷ μυστηρίῳ εἰς τὸ λαμβάνεσθαι προτίθης. τοῦτο γὰρ παντὸς τοῦ νοῦς ὑπερέχει· τοῦτο ἰδίως τὰς τῶν εὐλαβῶν καρδίας ἑλκύζει, καὶ τὴν ὁρμὴν ἀνάπτει. οἱ γὰρ ἀληθινοὶ πιστοί σου, οἱ ὅλον τὸν βίον αὐτῶν εἰς τὴν ἐπανόρθωσιν διοικοῦντες, ἐκ τοῦ ἀξιωτάτου μυστηρίου τούτου μεγάλην χάριν τῆς εὐλαβείας, καὶ τὴν φιλαρετίαν συχνῶς καρποῦνται.

ι'. Ὦ τῆς θαυμασίου καὶ ἀποκρύφου χάριτος τοῦ μυστηρίου, ἣν μόνον οἱ τοῦ Χριστοῦ πιστοὶ γινώσκουσιν. οἱ δ᾽ ἄπιστοι καὶ τοῖς ἁμαρτήμασι δουλεύοντες, αὐτῆς πειρᾶσθαι οὐ δύνανται. ἐν τούτῳ μυστηρίῳ ἡ πνευματικὴ χάρις παρέχεται, καὶ ἡ δύναμις τῆς ψυχῆς ἡ ἀπολωλυῖα πάλιν ἀναλαμβάνεται, καὶ τὸ κάλλος διὰ τῆς ἁμαρτίας ἀπομορφωθὲν ἀνανεοῦται. τοσαύτη ποτέ ἐστιν αὕτη ἡ χάρις, ὥστε ἐκ τοῦ πληρώματος τῆς δοθείσης εὐλαβείας οὐ μόνον ὁ νοῦς, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀσθενὲς σῶμα τὴν τῆς δυνάμεως αὔξησιν αἰσθάνεται.

ια'. Λυπητέον δὲ καὶ σφόδρα ἐλεητέον τὴν χλιαρότητα καὶ ῥαθυμίαν ἡμῶν, ὅτι οὐ μείζονι ὁρμῇ εἰς τὸ τὸν Χριστὸν λαβεῖν ἑλκυόμεθα, ἐν ᾧπερ ἡ πᾶσα ἐλπὶς καὶ ἡ ἀξία τῶν σωςέων κεῖται.

est sanctificatio nostra, & redemptio: ... solatio viatorum, & sanctorum æterna ...tio. Dolendum itaque valde, quòd multi tam parum hoc salutare mysterium aduertunt, quod cælum lætificat, & mundum conseruat vniuersum. Heu cæcitas, & duritia cordis humani, tam ineffabile donum non magis attendere, & ex quotidiano vsu, etiam ad inaduertentiam defluere.

12. Si enim hoc sanctissimum sacramentum, in vno tantùm celebraretur loco, & ab vno tantùm consecraretur sacerdote in mundo: quanto putas desiderio ad illum locum, & ad talem Dei sacerdotem, homines afficerentur, & diuina mysteria celebrari audirent? Nunc autem multi facti sunt sacerdotes, & in multis locis offertur Christus: vt tantò maior appareat gratia, & dilectio Dei ad hominem: quantò latiùs est sacra communio, diffusa per orbem. Gratias tibi Iesv bone, pastor æterne, qui nos pauperes & exules dignatus es precioso corpore & sanguine tuo reficere: & ad hæc mysteria percipienda, etiam proprij oris tui alloquio inuitare, dicendo: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

Cap. II.

Quòd magna bonitas & charitas Dei, in Sacramento, homini exhibetur.

Vox Discipvli.

1. SVper bonitate tua, & magna misericordia tua Domine confisus, accedo æger ad saluatorem, esuriens & sitiens ad fontem vitæ, egenus ad regem cæli, seruus ad dominum, creatura ad cre-

αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἁγιασμὸς καὶ ἡ λύτρ
παράκλησις τῶν ὁδιτῶν, καὶ τῶν ἁγίων αἰώνι
ἀνιατέον οὖν σφόδρα, ὅτι πολλοὶ τούτου σωτηρ
τοῦ τὸν οὐρανὸν εὐφραίνοντος, καὶ ὅλον τὸν κόσμον δια
οντος, οὕτως ὀλίγον λόγον ἔχουσι. φεῦ τῆς τυφλότη
καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σκληροκαρδίας, τῆς τῷ οὕτως ἀπορρήτῳ δώρῳ οὐ μᾶλλον τὸν νοῦν προσεχούσης, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐκ τῆς καθημερινῆς χρήσεως, εἰς τὴν ἀπροσεξίαν ἐμπιπτούσης.

ιϛ'. Εἰ γὰρ τοῦτο τὸ ἁγιώτατον μυστήριον ἐν ἑνὶ τόπῳ μόνον ἐτελεῖτο, καὶ μόνον ὑφ' ἑνὸς ἱερέως ἐν τῷ κόσμῳ ηὐλογεῖτο, ὡς ἄρα ἐπιθυμητικῶς πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον, καὶ πρὸς τοιοῦτον τοῦ θεοῦ ἱερέα οἱ ἄνθρωποι εἶχον, καὶ τῆς τελετῆς τῶν θείων μυστηρίων ἤκουον; νυνὶ δὲ πολλοὶ ἱερεῖς ἐγένοντο, καὶ πολλαχοῦ ὁ χριστὸς προσφέρεται, ἵνα τοσούτῳ μείζων ἡ χάρις, καὶ ἡ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία φανερωθῇ, ὅσῳ εὐρύτερον ἡ ἁγία κοινωνία ἐν τῷ κόσμῳ διεχύθη. εὐχαριστῶ σοι Ἰησοῦ ἀγαθὲ, αἰώνιε ποιμὴν, ὁ ἡμᾶς πτωχούς τε καὶ φυγάδας, τῷ τιμίῳ σώματι καὶ αἵματί σου ἑστιάσαι ἀξιώσας, καὶ εἰς τὸ ταῦτα μυστήρια λαβεῖν, τῇ τοῦ ἰδίου στόματος προσφωνήσει καλέσας, τῷ λέγειν· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.

Κεφ. β'.

Ὅτι μεγάλη ἀγαθότης καὶ ἀγάπη τοῦ θεοῦ τῷ ἀνθρώπῳ ἐν τῷ μυστηρίῳ παρέχεται.

Ἡ φωνὴ τοῦ μαθητοῦ.

α'. Τῇ ἀγαθότητί σου καὶ μεγάλῳ ἐλέει σου, κύριε, πεποιθὼς, ἔρχομαι ἀσθενὴς πρὸς τὸν σωτῆρα, πειναλέος καὶ διψαλέος πρὸς τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς, πένης πρὸς τὸν βασιλέα τοῦ οὐρανοῦ, ὁ δοῦλος πρὸς τὸν κύριον, ἡ κτίσις

...tem, desolatus ad meum pium consolatorem. Sed vnde hoc mihi, vt venias ad me? Quis ego sum, vt præstes mihi teipsum? Quomodo audet peccator, coram te apparere: & tu quomodo dignaris ad peccatorem venire? Tu nosti seruum tuum, & scis quia nil boni in se habet, vnde hoc illi præstes. Confiteor igitur vilitatem meam, agnosco tuam bonitatem, laudo pietatem, & gratias ago propter nimiam charitatem. Propter temetipsum enim hoc facis, non propter mea merita: vt bonitas tua mihi magis innotescat, charitas amplior ingeratur, & humilitas perfectiùs commendetur. Quia ergò tibi hoc placet, & tu sic fieri iussisti, placet & mihi dignatio tua, & vtinam iniquitas mea non obsistat.

2. O dulcissime & benignissime Iesu, quanta tibi reuerentia & gratiarum actio cum perpetua laude, pro susceptione sacri corporis tui debetur, cuius dignitatem nullus hominum explicare potens inuenitur. Sed quid cogitabo in hac communione, in accessu ad Dominum meum, quem debitè venerari nequeo, & tamen deuotè suscipere desidero? Quid cogitabo melius & salubrius, nisi meipsum totaliter humiliando coram te, & tuam infinitam bonitatem exaltando supra me? Laudo te, Deus meus, & exalto in æternum. Despicio me, & subiicio tibi, in profundum vilitatis meæ.

3. Ecce tu sanctus sanctorum, & ego sordes peccatorum. Ecce tu inclinas te ad me, qui non

πρὸς τὸν κτιστὴν, ἀπαράκλητος
παράκλητόν μου. πόθεν δέ μοι τοῦ
ἐμέ; τίς ἐγώ εἰμι, ἵνα παράσχῃς μοι σεαυ
μᾶ ὁ ἁμαρτωλὸς ἐνώπιόν σου φαίνεσθαι; καὶ
ἁμαρτωλῷ προσελθεῖν ἀξιοῖς; σὺ ἔγνως τὸν
σου, καὶ οἶδας ὅτι μηδὲν ἀγαθὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, ὅθεν
τοῦτο αὐτῷ χαρίσῃ. διὸ ὁμολογῶ τὴν εὐτέλειάν
μου, γινώσκω τὴν ἀγαθότητά σου, ἐπαινῶ τὴν ἠπιό-
τητα, καὶ ἀντὶ τῆς ἄγαν ἀγάπης σου εὐχαριστῶ. διὰ
σεαυτὸν γὰρ τοῦτο ποιεῖς, οὐ διὰ τὴν ἀξίαν μου, τοῦ
τὴν ἀγαθότητά σου μᾶλλον φανερωθῆναι, τήν τε
ἀγάπην μείζω ἐμποιηθῆναι, καὶ τὴν ταπεινότητα
τελειότερον συσταθῆναι. ἐπεὶ οὖν τοῦτο ἀρέσκει σοι,
καὶ σὺ οὕτω γίνεσθαι ἐκέλευσας, καὶ ἡ ἀξίωσίς σου ἀρέ-
σκει μοι, εἴθε δὲ ἡ ἀδικία μου οὐκ ἦν ἐμπο-
δών.

β'. Ὦ ἡδύτατε καὶ προσηνέστατε Ἰησοῦ, πόση εὐ-
λάβεια καὶ εὐχαριστία σὺν αἰωνίῳ ἐπαίνῳ ὑπὲρ τῆς
τοῦ ἁγίου σώματός σου λήψεως σοι ὀφείλεται, οὗ τινος
ἀξίωμα οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων ἐξηγεῖσθαι δυνά-
μενος εὑρίσκεται. ἀλλὰ τί ἐννοήσω ἐν ταύτῃ τῇ κοι-
νωνίᾳ, ἐν τῇ προσελεύσει πρὸς τὸν κύριόν μου, ὃν
μὲν δεόντως τιμᾶν οὐχ οἷός τ' εἰμι, εὐλαβῶς δ' ἀνα-
δέχεσθαι ἐπιποθῶ; τί βέλτιον καὶ σωτηριωδέστερον ἐν-
...uerentia, sacramentaliter debet se... magis laudem Dei & honorem præ... quàm suam consolationem quærere. ...toties mysticè communicat, & inuisibiliter reficitur, quoties incarnationis Christi mysterium passionemq́ue deuotè recolit, & in amore eius accenditur.

7. Qui aliter se non præparat, nisi instante festo, vel consuetudine compellente, sæpiùs imparatus erit. Beatus, qui se Domino in holocaustum offert, quoties celebrat aut communicat. Non sis in celebrando nimis prolixus aut festinus, sed serua bonum communem modum cum quibus viuis. Non debes alijs generare molestiam & tædium, sed communem seruare viam secundùm maiorum institutionem: & potiùs aliorum seruire vtilitati, quàm propriæ deuotioni vel affectui.

Cap. XI.

Quòd corpus Christi, & sacra scriptura, maximè sint animæ fideli necessaria.

Vox Discipuli.

1. O Dulcissime Domine Iesv, quanta est dulcedo deuotæ animæ, tecum epulantis in conuiuio tuo: vbi ei non alius cibus manducandus proponitur, nisi tu vnicus dilectus eius, super omnia desideria cordis eius desiderabilis. Et mihi quidem dulce foret in præsentia tua, ex intimo affectu lachrymas fundere, & cum pia Magdalena pedes tuos lachrymis irrigare. Sed vbi est hæc deuotio? vbi lachrymarum sanctarum copiosa effusio? Certè in conspectu tuo & sanctorum Angelorum tuorum,

παθητικῆς εὐλαβείας μυσ-
νειν, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ τιμῆς καὶ δόξης,
τὴν ἰδίαν παράκλησιν ζητεῖν. τοσάκις
κῶς κοινωνεῖ, καὶ ἀοράτως διατρέφεται, ὁσά
σαρκώσεως καὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ μυστήριον εὐ
μνημονεύει, καὶ τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ ἀνάπτεται.

ζ. Ὁ οὐκ ἄλλως ἑαυτὸν παρασκευάζων, εἰ μὴ ἑορ-
τῆς ἐπικειμένης, ἢ τοῦ ἔθους διαγκάζοντος, πλεονάκις
ἀπαρασκεύαστος ἔσται. μακάριος, ὃς ἑαυτὸν εἰς ὁλό-
καυστον τῷ κυρίῳ προσφέρει, ὁσάκις ἂν λειτουργῇ ἢ
κοινωνῇ. μὴ γίνου ἐν τῷ λειτουργεῖν ἄγαν μακρὸς ἢ
ἐπισπερχής, ἀλλὰ τήρει τὸν καλὸν καὶ κοινὸν τρόπον τῶν
σοι συζώντων. οὐ χρή σε τοῖς ἄλλοις ἐμποιεῖν βαρύτη-
τα καὶ ἀηδίαν, ἀλλὰ τὴν κοινὴν ὁδὸν κατὰ τὴν τῶν προ-
γόνων διάταξιν, φυλάττειν· καὶ μᾶλλον τῇ τῶν ἄλλων
δουλεύειν ὠφελείᾳ, ἢ τῇ ἰδίᾳ εὐλαβείᾳ ἢ πάθει.

Κεφ. ια.

Ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ ἱερὰ γραφὴ τῇ πιστῇ ψυχῇ ἀναγκαιέστατά ἐστιν.

Ἡ φωνὴ τοῦ μαθητοῦ.

α. Ὦ ἥδιστε κύριε Ἰησοῦ, πόση ἐστὶν ἡ ἡδύτης τῆς εὐ-
λαβοῦς ψυχῆς, τῆς συνεστιωμένης σοι ἐν τῇ
εὐωχίᾳ σου, ὅπου αὐτῇ οὐκ ἄλλη βρῶσις προτίθεται φα-
γεῖν, πλὴν σὺ μόνος ἀγαπητὸς αὐτῆς, ὑπὲρ πάντα
τὰ θελήματα τῆς καρδίας αὐτῆς ἐπιπόθητος. καὶ δὴ ἐμοὶ
ἂν ἡδὺ ἐγίνετο ἐν τῇ παρουσίᾳ σου, ἐκ τῆς ἐνδοτάτης ὁρ-
μῆς δάκρυα ἐκχεῖν, καὶ μετὰ τῆς εὐσεβοῦς Μαρίας Μα-
γδαληνῆς τοῖς δάκρυσι τοὺς πόδας σου βρέχειν. ἀλλὰ
ποῦ ἐστιν αὕτη εὐλάβεια; ποῦ τῶν ἁγίων δακρύων εὔπορος
ἔκχυσις; ἀληθῶς ἐνώπιόν σου καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων σου

τὴν καρ-

tum cor meum ardere deberet, & ex ...ere. Habeo enim te in sacramento ...sentem, quamuis aliena specie occul-...tum.

2. Nam in propria, & diuina claritate te conspicere, oculi mei ferre non possent: sed neque totus mundus in fulgore gloriæ maiestatis tuæ subsisteret. In hoc ergo imbecillitati meæ consulis, quòd te sub sacramento abscondis. Habeo verè & adoro, quem Angeli adorant in cælo; sed ego adhuc interim in fide, illi autem in specie & sine velamine. Me oportet contentum esse in lumine veræ fidei, & in ea ambulare, donec aspiret dies æternæ claritatis, & vmbræ figurarum inclinentur. Cùm autem venerit quod perfectum est, cessabit vsus sacramentorum: quia beati in gloria cælesti, non egent medicamine sacramentali: gaudent enim sine fine in præsentia Dei, facie ad faciem gloriam eius speculantes, & de claritate in claritatem abyssalis deitatis transformati, gustant verbum Dei carnem factum, sicut fuit ab initio, & manet in æternum.

3. Memor horum mirabilium, graue mihi fit tædium, etiam quodlibet spirituale solatium: quia quamdiu Dominum meum apertè in sua gloria non video, pro nihilo duco omne, quod in mundo conspicio & audio. Testis es tu mihi Deus, quòd nulla me res potest consolari, nulla creatura quietare, nisi tu Deus meus, quem desidero æternaliter contemplari. Sed non est hoc possibile, durante me in hac mortalitate. Ideo oportet, vt me ponã ad magnam patientiã, & me-

τὴν καρδίαν μου καίεσθαι, καὶ ὑπὸ χ…
ἔχω γὰρ σε … θεὸς πα…
ἀλλοτρίῳ εἴδει ἀπο…

β'. Ἐν τῇ γὰρ ἰδίᾳ καὶ θείᾳ λα… τι εἰσορῷ…
οἱ ὀφθαλμοί μου οὐκ ἂν ἀνέχειν ἠδύναντο· ἀλλ' οὐδὲ ὅλος ὁ κόσμος ἐν τῷ αὐγασμῷ τῆς μεγαλειότητός σου ὑφίστατο. ἐν τούτῳ οὖν τὴν τῆς ἀσθενείας μου πρόνοιαν ποιῇ, ὅτι σε ὑπὸ τῷ μυστηρίῳ ἀποκρύπτεις. ἔχω σε ὄντως καὶ προσκυνῶ, ὃν οἱ ἄγγελοι προσκυνοῦσιν ἐν τῷ οὐρανῷ· πλὴν ἐγὼ ἔτι μεταξὺ ἐν τῇ πίστει, ἐκεῖνοι δ' ἐν τῷ εἴδει καὶ ἄνευ τοῦ καταπετάσματος. ἐμὲ δεῖ ἀγαπᾷν τῷ φωτὶ τῆς ἀληθοῦς πίστεως, καὶ ἐν αὐτῇ περιπατεῖν, ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα τῆς αἰωνίου λαμπρότητος, καὶ αἱ σκιαὶ τῶν τύπων κλιθῶσιν. ὅταν δ' ἔλθῃ τὸ τέλειον, ἡ χρῆσις τῶν μυστηρίων λήξει· ὅτι οἱ μακάριοι ἐν τῇ οὐρανίῳ δόξῃ οὐ χρείαν ἔχουσι φαρμάκου μυστηριακοῦ· χαίρουσι γὰρ ἄνευ τέλους τῇ τοῦ θεοῦ παρουσίᾳ, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τὴν αὐτοῦ δόξαν κατοπτριζόμενοι, καὶ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν τῆς ἀβύσσου τῆς θεότητος μεταμεμορφωμένοι γεύονται τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τὸν σαρκωθέντα, καθὼς ἀπ' ἀρχῆς ἐγένετο, καὶ μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

γ'. Τούτων θαυμάτων μεμνημένῳ, καὶ πᾶσα πνευματικὴ παραμυθία, βαρεῖα ἀηδία γίνεται· ἔτι μέχρις οὗ τὸν κύριόν μου φανερῶς ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ οὐ βλέπω, περὶ μηδενὸς ποιοῦμαι πᾶν, ὅ, τι ἐν τῷ κόσμῳ ὁρῶ, ἢ ἀκούω. μάρτυς εἶ σὺ ὁ θεὸς, ὅτι μηδὲν ἐμὲ παρακαλεῖν, μηδὲ μία κτίσις κατηρεμίζειν δύναται, εἰ μὴ σὺ ὁ θεός μου, ὃν αἰωνίως θεωρεῖν ἐπιποθῶ. ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι, διαμένοντός μου ἐν ταύτῃ θνητότητι. διόπερ ἐμὲ δεῖ μεγάλῃ καρτερίᾳ ἐπιτίθεσθαι,

καὶ ἐμαυ-

...m in om... desiderio tibi submittam. ... sancti ... am in cælo ... patientia magn... gloriæ tuæ expe... crediderunt, ego credo: ... sperauerunt, ego spero: quò illi peruenerunt, per gratiam tuam me venturum confido. Ambulabo interim in fide, exemplis confortatus sanctorum. Habeo etiam libros sanctos pro solatio & vitæ speculo, atque super hæc omnia sanctissimum corpus tuum, pro singulari remedio & refugio.

4. Duo namque mihi necessaria permaximè sentio in hac vita, sine quibus mihi importabilis foret ista miserabilis vita. In carcere corporis huius detentus, duobus me egere fateor, cibo scilicet & lumine. Dedisti itaque mihi infirmo, sacrum corpus tuum ad refectionem mentis & corporis, & posuisti lucernam pedibus meis, verbum tuum. Sine his duobus bene viuere non possem: nam verbum Dei, lux animæ: & sacramentum tuum, panis vitæ. Hæc possunt etiam dici mensæ duæ, hinc & inde in gazophylacio sanctæ Ecclesiæ positæ. Vna mensa est sacri altaris, habens panem sanctum, id est, corpus Christi pretiosum: Altera est diuinæ legis, continens doctrinam sanctam, erudiens fidem rectam, & firmiter vsque ad interiora velaminis, vbi sunt sancta sanctorum, perducens. Gratias tibi Domine IESV, lux lucis æternæ, pro doctrinæ sacræ mensa, quam

καὶ ἐμαυτὸν ἐν πάσῃ ὑπο...
γὰρ οἱ ἅγιοί σου, κύριε, οἱ νῦν μετὰ ...
νῶν βασιλείᾳ ἀγαλλιώμενοι, ἐν τῇ πίσ...
ὑπομονῇ, ἐφ' ὅσον ἔζων, τὴν ἐπιφάνειαν τῆς ...
προσεδόκων. ὅ,τι αὐτοὶ ἐπίστευσαν, κἀγὼ πιστεύω ... αὐτοὶ ἤλπισαν, κἀγὼ ἐλπίζω· ὅποι αὐτοὶ ἀφίκοντο, κἀμὲ διὰ τῆς χάριτός σου ἐλεύσεσθαι ἐλπίδα ἔχω. περιπατήσω μεταξὺ ἐν πίστει τοῖς τῶν ἁγίων παραδείγμασιν ἐνδυναμωθείς. προσέτι ἔχω τὰς ἁγίας βίβλους ἀντὶ παρακλήσεως καὶ εἰσόπτρου τοῦ βίου, ὑπὲρ πάντα δὲ ταῦτα τὸ ἁγιώτατον σῶμά σου, ἀντὶ ἰδίου φαρμάκου καὶ καταφυγῆς.

δ. Δυοῖν γὰρ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ, ὡς μάλιστα χρῄζων αἰσθάνομαι, χωρὶς ὧν αὕτη ἡ ἀθλιωτάτη ζωὴ ἐμοὶ ἂν ἀφόρητος ἦν. ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τοῦ σώματος τούτου κατασχεθεὶς, δυοῖν χρείαν ἔχειν με ἐξομολογῶ, τῆς βρώσεως δήπου, καὶ τοῦ φωτός. διὸ ἀσθενοῦντί μοι τὸ ἱερὸν σῶμά σου εἰς τροφὴν τοῦ νοὸς καὶ τοῦ σώματος ἔδωκας· καὶ τὸν λύχνον τοῖς ποσί μου ἔθηκας τὸν λόγον σου. ἄνευ τούτων δυοῖν, εὖ βιοῦν οὐχ οἷός τε ἐγινόμην· ὁ γὰρ λόγος τοῦ θεοῦ, τὸ φῶς τῆς ψυχῆς ἐστι, καὶ τὸ μυστήριόν σου, ὁ τῆς ζωῆς ἄρτος. ταῦτα δὴ, δύο τράπεζαι λέγεσθαι δύνανται, αἱ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐν τῷ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας γαζοφυλακίῳ κείμεναι. ἡ μέν ἐστι τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, τὸν ἄρτον τὸν ἅγιον, τοῦτ' ἐστι, τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα τὸ τίμιον ἔχουσα· ἡ δὲ τοῦ νόμου τοῦ θεοῦ, τὴν ἁγίαν διδαχὴν περιέχουσα, τήν τε ὀρθὴν πίστιν παιδεύουσα, καὶ βεβαίως εἰς τὸ ἐσώτερον καταπετάσματος, ὅπου ἐστὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, διάγων. Εὐχαριστῶ σοι, κύριε Ἰησοῦ, φῶς τοῦ αἰωνίου φωτὸς, ὑπὲρ τῆς τραπέζης τῆς ἱερᾶς διδαχῆς,

per seruos tuos Prophetas & Apo- ...sque doctores ministrasti.

... Gratias tibi creator ac redemptor hominum, qui ad declarandam toti mundo charitatem tuam, cœnam parasti magnam, in qua non agnum typicum, sed tuum sanctissimum corpus & sanguinem proposuisti manducandum: lætificans omnes fideles conuiuio sacro, & calice inebrians salutari, in quo sunt omnes deliciæ paradisi, & epulantur nobiscum angeli sancti, sed suauitate feliciori.

6. O quàm magnum & honorabile est officium sacerdotum, quibus datum est Dominum maiestatis verbis sacris consecrare, labijs benedicere, manibus tenere, ore proprio sumere, & cæteris ministrare. O quàm mundæ debent esse manus illæ, quàm purum os, quàm sanctum corpus, quàm immaculatum cor erit sacerdotis, ad quem totiens ingreditur auctor puritatis. Ex ore sacerdotis, nihil nisi honestum & vtile procedere debet verbum, qui tam sæpè Christi accipit sacramentum.

7. Oculi eius simplices & pudici, qui Christi corpus solent intueri. Manus puræ, & in cælum eleuatæ, quæ creatorem cæli & terræ solent contrectare. Sacerdotibus specialiter in lege dicitur: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester.

8. Adiuuet nos gratia tua omnipotens Deus, vt qui officium sacerdotale suscepimus, dignè ac deuotè in omni puritate & conscientia bona tibi famulari valeamus. Et si non possumus in tanta innocentia vitæ conuersari, vt debemus;

concede

ἣν ἡμῖν διὰ τῶν δούλων σου τῶν ...
καὶ τῶν ἄλλων διδασκάλων ἐπόρισα...

ε. Εὐχαριστῶ σοι, κτίστα καὶ λυτρωτὰ ... πων, ὃς, τοῦ δηλῶσαι τὴν ἀγάπην σου ὅλῳ τῷ ... δεῖπνον μέγα ἡτοίμασαι, ἐν ᾧ οὐ τὸν τυπικὸν ἀμνόν, ἀλλὰ τὸ ἁγιώτατον σῶμα καὶ αἷμά σου προέθηκας τοῦ φαγεῖν, εὐφραίνων πάντας τοὺς πιστοὺς τῇ ἱερᾷ εὐωχίᾳ, καὶ τῷ σωτηριώδει ποτηρίῳ μεθύσκων, ἐν ᾧ πᾶσαι τρυφαὶ τοῦ παραδείσου, καὶ οἱ ἅγιοι ἄγγελοι συνευωχοῦνται ἡμῖν, ἀλλ' ἡδύτητι εὐδαιμονεστέρᾳ.

ς. Ὡς μεγάλη καὶ ἔντιμος ὑπηρεσία τῶν ἱερέων, οἷς ἐδόθη τὸν τῆς μεγαλειότητος κύριον τοῖς ἁγίοις ῥήμασι καθιεροῦν, τοῖς χείλεσιν εὐλογεῖν, ταῖς χερσὶ κρατεῖν, τῷ ἰδίῳ στόματι λαμβάνειν, καὶ τοῖς ἄλλοις διδόναι. ὡς καθαρὰς δεῖ ὑπάρχειν ἐκείνας τὰς χεῖρας, ὡς ἁγνὸν στόμα, ὡς ἅγιον σῶμα, ὡς ἄσπιλος καρδία τοῦ ἱερέως ἔσται, πρὸς ὃν τοσάκις ὁ τῆς καθαρότητος αἴτιος εἰσέρχεται. ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἱερέως, μηδὲν ἢ καλὸν καὶ χρήσιμον ῥῆμα δεῖ ἐξέρχεσθαι, ὃς τοσάκις τὸ Χριστοῦ μυστήριον λαμβάνει.

ζ. Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἁπλοῖ καὶ αἰδοῖοι, οἳ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ εἰσορᾶν εἰώθασιν. αἱ χεῖρες καθαραὶ, καὶ εἰς οὐρανὸν ἐπαρθεῖσαι, αἳ τὸν κτίστην τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ψηλαφεῖν εἰώθασι. τοῖς ἱερεῦσιν ἰδίως ἐν τῷ νόμῳ λέγεται· ἔσεσθε ἅγιοι, ὅτι ἅγιος ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν.

η. Βοηθήσαι ἡμῖν ἡ χάρις σου, παντοδύναμε θεὸς, ἵν' οἱ τὴν ἱερατικὴν ὑπηρεσίαν ἀναδεξάμενοι, ἀξίως καὶ εὐλαβῶς ἐν πάσῃ καθαρότητι καὶ καλῇ συνειδήσει σοι δουλεῦσαι δυνηθῶμεν. καὶ ἐὰν ἐν τοιαύτῃ ἀκακίᾳ τοῦ βίου κατὰ τὸ προσῆκον, διάγειν οὐ δυνώμεθα,

... tamen dignè flere mala quæ gesse... spiritu humilitatis, ac bonæ volun... proposito, tibi feruentiùs de cætero deseruire.

CAP. XII.

Quòd magna diligentia se debeat communicaturus Christo præparare.

VOX DILECTI.

1. EGo sum puritatis amator, & dator omnis sanctitatis. Ego cor purum quæro, & ibi est locus requietionis meæ. Para mihi cœnaculum grande stratum, & faciam apud te pascha cum discipulis meis. Si vis, vt veniam ad te, & apud te maneam: expurga vetus fermentum, & munda cordis tui habitaculum. Exclude totum sæculum, & omnem vitiorum tumultum: sede tanquam passer solitarius in tecto, & cogita excessus tuos in amaritudine animæ tuæ. Omnis namque amans, suo dilecto amatori, optimum & pulcherrimum præparat locum, quia in hoc cognoscitur affectus suscipientis dilectum.

2. Scito tamen te non posse satisfacere huic præparationi, ex merito tuæ actionis: etiamsi per integrum annum te præparares, & nihil aliud in mente haberes, sed ex sola pietate & gratia mea, permitteris ad mensam meam accedere: ac si mendicus ad prandium vocaretur diuitis, & ille nihil aliud habeat ad retribuendum beneficijs eius, nisi se humiliando, & ei regratiando. Fac quod in te est, & diligenter facito: non ex consuetudine, non ex necessitate, sed cum timore & reuerentia, & affe-

παράσχου μέντοι ἡμῖν τ…
μεν, ἀξίως διακλαίειν· καὶ ἐν τ…
νότητος, καὶ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ θελήματο…
τερόν σοι τὸ λοιπὸν δουλεύειν.

Κεφ. ιβʹ.

Ὅτι μεγάλῃ ἐπιμελείᾳ δεῖ τὸν κοινωνήσοντα… Χριστῷ, ἑαυτὸν παρασκευάζειν.

Ἡ φωνὴ τοῦ ἀγαπητοῦ.

αʹ. ΕΓώ εἰμι τῆς καθαρότητος φιλητὴς καὶ δοτὴρ πάσης ἁγιωσύνης. ἐγὼ καρδίαν καθαρὰν ζητῶ, καὶ ἐκεῖ ὁ τόπος τῆς ἀναπαύσεώς μου ἐστίν. ἑτοίμασόν μοι ἀνώγεον μέγα, ἐστρωμένον, καὶ παρά σοι τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου ποιήσω. εἰ θέλεις, ἵνα προσελθὼν παραμένω σοι· ἐκκάθαρον τὴν παλαιὰν ζύμην, καὶ τὸ οἴκημα τῆς καρδίας σου κόσμησον. ἔκκλεισον ὅλον τὸν κόσμον, καὶ πάντα τῶν κακιῶν θόρυβον· κάθισον ὡς στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματος, καὶ ἐννόει τὰς παρεκβάσεις σου ἐν πικρίᾳ τῆς ψυχῆς σου. πᾶς γὰρ ὁ ἀγαπῶν τῷ ἀγαπητῷ φιλητῇ αὐτοῦ, βέλτιστον καὶ κάλλιστον τόπον ἑτοιμάζει, ὅτι ἐκ τούτου ἡ διάθεσις τοῦ ἀποδεχομένου τὸν ἀγαπητὸν δηλοῦται.

βʹ. Ἀλλὰ μὴν γίνωσκε, ὅτι οὐ δύνῃ τὴν παρασκευὴν ταύτην πορίζειν ἐκ τῆς ἀξίας τῆς πράξεώς σου, καίπερ δι' ὅλου ἔτους σε ἑτοιμάζων, καὶ μηδὲν ἄλλο διανοῶν, ἐκ μόνης δὲ εὐσπλαγχνίας καὶ χάριτός μου ἐπὶ τῇ τραπέζῃ μου πλησιάζειν, ὥσπερανεὶ ὁ πτωχὸς εἰς τὸ ἄριστον τοῦ πλουσίου κληθείς, οὐδὲν ἄλλο εἶχεν τῆς αὐτοῦ εὐεργεσίας ἀποδοῦναι, ἢ τὸ ταπεινωθῆναι, καὶ εὐχαριστῆσαι. ποίησον τὸ ἐπί σοι, καὶ σπουδαίως ποίησον· οὐκ ἐξ ἔθους, οὐδ' ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ σὺν φόβῳ, αἰδοῖ

...pe corpus dilecti Domini Dei tui
...venire. Ego ſum qui vocaui, ego
...ego ſupplebo quod tibi deeſt; veni, &
...pe me...

3. Cùm gratiam deuotionis tribuo, gratias age Deo tuo: non quia dignus es, ſed quia tui miſertus ſum. Si non habes, ſed magis aridum te ſentis, inſiſte orationi, ingemiſce & pulſa: nec deſiſtas, donec merearis micam aut guttam gratiæ ſalutaris accipere. Tu mei indiges, non ego tui indigeo. Nec tu me ſanctificare venis, ſed ego te ſanctificare & meliorare venio. Tu venis, vt ex me ſanctificeris, & mihi vniaris, vt nouam gratiam recipias, & de nouo ad emendationem accendaris. Noli negligere hanc gratiam: ſed præpara cum omni diligentia cor tuum, & introduc ad te dilectum tuum.

4. Oportet autem, vt non ſolùm te præpares ad deuotionem ante communionem, ſed vt etiam te ſollicitè conſerues in ea, poſt ſacramenti perceptionem. Nec minor cuſtodia pòſt exigitur, quàm deuota præparatio priùs. Nam bona poſtmodum cuſtodia, optima iterum eſt præparatio, ad maiorem gratiam conſequendam. Ex eo quippe valde indiſpoſitus quis redditur, ſi ſtatim fuerit nimis effuſus ad exteriora ſolatia. Caue à multiloquio, mane in ſecreto, & fruere Deo tuo. Ipſum enim habes, quem totus mundus tibi auferre non poteſt. Ego ſum, cui te totum dare debes: ita vt iam vltra non in te, ſed in me, abſque omni ſollicitudine viuas.

καὶ προθυμίᾳ λάβε τὸ σῶμα
σου τοῦ πρὸς σὲ ἐλθεῖν ἀξιοῦντος.
ἐγὼ γενέσθαι ἐκέλευσα, ἐγὼ ἀναπ
σου· ἐλθὲ καὶ ἀνάδεξαί με.

γʹ. Ὅτε τὴν τῆς εὐλαβείας χάριν παρέχω
σει τῷ θεῷ σου· οὐχ ὅτι ἄξιος τυγχάνεις, ἀλλ' ὅ
ἠλέησα. εἰ δὲ ταύτης τῆς χάριτος ἀπορεῖς, ἀλλὰ μᾶλλον ξηρὸς ὢν αἰσθάνῃ, τῇ δεήσει προσκαρτέρει, στέναζε, κρούε, καὶ οὐ λῆγε, ἕως ἂν ψιχίον ἢ ῥανίδα τῆς σωτηριώδους χάριτος λαβεῖν ἀξιωθῇς. σὺ χρῄζεις μου, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ σου. οὐδὲ σὺ ἔρχῃ τοῦ ἁγιάζειν με, ἀλλ' ἐγὼ τοῦ ἁγιάζειν καὶ βελτιοῦν σε ἔρχομαι. σὺ ἔρχῃ τοῦ ἐξ ἐμοῦ ἁγιασθῆναι, καὶ ἐμοὶ ἑνωθῆναι, τοῦ καινὴν χάριν λαβεῖν, καὶ ἐξ ὑπαρχῆς εἰς τὴν ἐπανόρθωσιν παροξυνθῆναι. μὴ ἀμέλει τοῦ χαρίσματος τούτου· ἀλλὰ πάσῃ ἐπιμελείᾳ τὴν καρδίαν σου ἑτοίμασον, καὶ τὸν ἀγαπητόν σου πρὸς σὲ εἰσάγαγε.

δʹ. Δεῖ δέ σε εἰς τὴν εὐλάβειαν ἑτοιμασθῆναι, μὴ μόνον πρὸ τῆς κοινωνίας, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν τὸ μυστήριον, αὐτὴν σπουδαίως φυλάττειν. οὐ γὰρ ἧττον φυλακὴ ὕστερον, ἢ εὐλαβὴς παρασκευὴ πρότερον ἀναγκαία ἐστίν. ἡ γὰρ ἀγαθὴ φυλακὴ ἡ ὕστερον, εἰς τὸ μείζονος χάριτος τυχεῖν, πάλιν βελτίστη παρασκευὴ γίνεται. ἐκ τούτου γάρ τις σφόδρα ἀδιάθετος ἀποβαίνει, εἰ εὐθέως εἰς τὰς ἔξω παρακλήσεις ἄγαν ἐκχεῖται. φεῦγε τὴν πολυλογίαν, καὶ ἐμμένων τῇ ἀποκρυφῇ, τοῦ θεοῦ σου ἀπόλαυε. αὐτὸν γὰρ ἔχεις, ὃν ὅλος ὁ κόσμος ἀφαιρεῖν σου οὐ δύναται. ἐγώ εἰμι, ᾧ σε ὅλον οὕτω διδόναι ὀφείλεις, ὅπως νῦν, οὐκ ἔτι ἐν σοι, ἀλλ' ἐν ἐμοὶ πάνυ ἀμερίμνως ζήσῃς.

CAP. XIII.

... toto corde anima deuota, Christi vnionem in sacramento affectare debet.

VOX DISCIPVLI.

1. QVis mihi det Domine, vt inueniam te solum, & aperiam tibi totum cor meum, & fruar te, sicut desiderat anima mea: & iam me nemo despiciat, nec vlla creatura me moueat vel respiciat, sed tu solus mihi loquaris, & ego tibi, sicut solet dilectus ad dilectum loqui: & amicus cum amico conuiuari? Hoc oro, hoc desidero, vt tibi totus vniar, & cor meum ab omnibus creatis rebus abstraham, magisque per sacram communionem, ac frequentem celebrationem, cælestia & æterna sapere discam. Ah Domine Deus, quando ero tecum totus vnitus & absorptus, meique totaliter oblitus? Tu in me, & ego in te, & sic nos pariter in vnum manere concede.

2. Verè tu es dilectus meus, electus ex millibus, in quo complacuit animæ meæ habitare omnibus diebus vitæ suæ, Verè tu pacificus meus, in quo pax summa & requies vera, extra quem labor & dolor, & infinita miseria. Verè tu es Deus absconditus, & consilium tuum non est cum impijs, sed cum humilibus & simplicibus sermo tuus. O quàm suauis est, Domine, spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suauissimo, de cælo descendente, illos reficere dignaris. Verè non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut tu Deus noster ades vniuersis fidelibus tuis, quibus ad quotidianum

Κεφ. ιγ.

Ὅτι δεῖ τὴν εὐλαβῆ ψυχὴν ὅλῃ τ…
Χριστοῦ ἑνώσεως τῆς ἐν τῷ μυστηρίῳ ἀν…

Η φωνὴ τοῦ μαθητοῦ.

α. Τίς μοι δῴη κύριε, ἵν' εὕρω σε μόνον, καὶ … σοι τὴν καρδίαν μου ἀπολαύσω σου, καθὼς … ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή μου· κἀμὲ ἤδη οὐδεὶς ἐξουδενώσῃ, οὐδέ τις κτίσις κινήσῃ ἢ ἐπιβλέψῃ με· ἀλλὰ σὺ μόνος μοι λαλήσῃς, κἀγώ σοι, ὥσπερ εἴωθεν ἀγαπητὸς πρὸς τὸν ἀγαπητὸν αὐτοῦ λαλεῖν, καὶ φίλος τῷ φίλῳ συνεστιᾶσθαι; τοῦτο αἰτῶ, τοῦτο ποθῶ, τὸ δήπου σοι ἐμὲ ὅλον ἑνοῦσθαι, καὶ τὴν καρδίαν μου ἁπάντων κτισθέντων χωρίζεσθαι, διά τε τῆς ἱερᾶς κοινωνίας, καὶ τῆς συχνῆς λειτουργίας, τὰ οὐράνια καὶ αἰώνια φρονῆσαι μαθεῖν. αἲ αἲ κύριε ὁ θεός, πότε σοι ὅλος ἑνωθήσομαι καὶ καταποθήσομαι, καὶ πάντως ἀμνημονήσω ἐμοῦ; σὺ ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν σοί· καὶ οὕτως ἡμᾶς ἅμα συμμένειν ἔα.

β. Ἀληθῶς σὺ εἶ ἀγαπητός μου, ἐκλελεγμένος ἀπὸ χιλιάδων, ἐν ᾧ εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου οἰκῆσαι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῆς. ἀληθῶς σὺ ὁ εἰρηνοποιός μου, ἐν ᾧ εἰρήνη μεγίστη καὶ ἀνάπαυσις ἀληθινή, ἔξω οὗ κόπος καὶ ὀδύνη, καὶ ἄπειρος ἀθλιότης. ἀληθῶς σὺ εἶ ὁ θεὸς ἀποκεκρυμμένος, καὶ ἡ συμβουλή σου οὐκ ἔστι μετὰ τῶν ἀδίκων, ἀλλὰ μετὰ τῶν ταπεινῶν καὶ ἁπλῶν ὁ λόγος σου. ὡς χρηστόν ἐστι τὸ πνεῦμά σου κύριε, ὃ τοῦ γνωρισθῆναι τὴν γλυκύτητά σου εἰς τοὺς υἱούς, τὸν ἄρτον ἥδιστον οὐρανόθεν πορίσας, αὐτοὺς ἀνατρέφειν ἀξιοῖς. ἀληθῶς οὐκ ἔστιν ἄλλο ἔθνος οὕτω μέγα, ᾧ οἱ θεοὶ ἐγγίζουσι, καθάπερ σὺ ὁ θεὸς ἡμῶν παραγίνῃ πᾶσι τοῖς πιστοῖς σου, οἷσπερ εἰς τὴν καθημερινὴν

παρά-

or erigendum in cælum, te tribuis
& fruendum.

æ est enim alia gens tam inclyta, sicut
eos Christiana? Aut quæ creatura sub cælo
tam dilecta, vt anima deuota, ad quam ingreditur Deus, vt pascat eam carne sua gloriosa? O ineffabilis gratia: ô admirabilis dignatio: ô amor immensus homini singulariter impensus. Sed quid retribuam Domino pro gratia ista, pro charitate tam eximia? Non est aliud, quod gratiùs donare queam, quàm vt cor meum Deo meo totaliter tribuam, & intimè coniungam. Tunc exultabunt omnia interiora mea, cùm perfectè fuerit vnita Deo anima mea. Tunc dicet mihi: Si tu vis esse mecum, ego volo esse tecum. Et ego respondebo illi: Dignare Domine manere mecum, ego volo libenter esse tecum. Hoc est totum desiderium meum, vt cor meum tibi sit vnitum.

CAP. XLIII.

De quorundam deuotorum ardenti desiderio, ad corpus Christi.

VOX DISCIPVLI.

O Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Quando recordor deuotorum aliquorum, ad Sacramentum tuum Domine, cum magna deuotione, & affectu accedentium, tunc sæpiùs in meipso confundor, & erubesco, quòd ad altare tuum, & sacræ communionis mensam, tam tepidè & frigidè accedo: quòd ita aridus, & sine affectione cordis maneo: quòd non sum totaliter

παράκλησιν, καὶ εἰς τὸ ἐπαίρειν τ…
χαρίζῃ σε τοῦ φαγεῖν καὶ ἀπολαῦσαι.

γ'. Τί γὰρ ἄλλο ἔθνος οὕτως εὐκλεὲς, …
χριστιανῶν; ἢ τίς κτίσις ὑπὸ τῷ οὐρανῷ οὕτως …
μένη, ὡς ἡ εὐλαβὴς ψυχὴ, πρὸς ἣν ὁ θεὸς εἰσέρχ…
σοῦ σιτῆσαι αὐτὴν τῇ ἐνδόξῳ σαρκὶ αὐτοῦ; ὢ τῆς ἀπορρή-
του χάριτος, ὢ τῆς θαυμαστῆς ἀξιώσεως· ὢ τῆς ἀμετρή-
του ἀγάπης τῷ ἀνθρώπῳ ἰδίως ἐνδειχθείσης. τί δὲ ἀν-
ταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ ταύτης τῆς χάριτος, περὶ τῆς
ἀγάπης οὕτως ὑπερεχούσης; οὐκ ἂν ἄλλο εὐαρεστότερον
δωρησαίμην, ἢ τὴν καρδίαν μου τῷ θεῷ παντελῶς διδοὺς,
καὶ ἐνδότατα συνάπτων. τότε ἀγαλλιάσεται πάντα
τὰ ἐντός μου, ἐπειδὰν ἡ ψυχή μου τελείως τῷ θεῷ ἑνω-
θῇ. τότε λέξει μοι· εἰ θέλεις μοι συνεῖναι, κἀγώ
σοι συνεῖναι βούλομαι. κἀγὼ ἀποκριθήσομαι αὐτῷ·
ἀξίωσον κύριε παραμένειν μοι, κἀγώ σοι ἀσμένως
παραμένειν ἐθέλω. τοῦτο ὅλον τὸ πόθημά μου, ἵν' ἡ καρ-
δία μου ἑνωθῇ σοι.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τῆς ἐνίων εὐλαβῶν θερμῆς ἐπιποθήσεως τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ.

Η φωνὴ τοῦ μαθητοῦ.

α. ΩΣ πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, κύριε,
ἧς ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε. ἐγὼ μὲν ἀνα-
μνησθεὶς εὐλαβῶν τινων τῶν τῷ μυστηρίῳ σου, κύριε,
μεγίστῃ εὐλαβείᾳ καὶ ὁρμῇ πλησιαζόντων, πρὸς ἐμαυ-
τὸν πλεονάκις καταισχύνομαι, καὶ ἐρυθριῶ, ὅτι πρὸς τὸ
θυσιαστήριόν σου, καὶ τὴν τῆς ἱερᾶς κοινωνίας τράπεζαν,
οὕτω χλιαρῶς καὶ ψυχρῶς προσέρχομαι· ὅτι οὕτω ξηρὸς
καὶ ἀπαθὴς τὴν καρδίαν διατελῶ· ὅτι οὐ πάντως ἀνή-

...s coram te Deo meo, nec ita vehe-
...ractus & affectus, sicut multi deuoti
...t,qui præ nimio desiderio communionis,
& sensibili cordis amore, à fletu se non potuerunt continere: sed ore cordis & corporis pariter,ad te Deum fontem viuum medullitùs inhiabant, suam esuriem non valentes aliter temperare nec satiare,nisi corpus tuum, cum omni iucunditate & spirituali auiditate accepissent.

2. O vera ardens fides eorum, probabile existens argumentum sacræ præsentiæ tuæ. Isti enim veraciter cognoscunt Dominum suum in fractione panis, quorum cor tam validè ardet in eis,de Iesv ambulante cum eis. Longè est à me sæpe talis affectus & deuotio, tam vehemens amor & ardor. Esto mihi propitius Iesu bone,dulcis & benigne: & concede pauperi mendico tuo,vel interdum modicum de cordiali affectu amoris tui, in sacra communione sentire,vt fides mea magis conualescat; spes in bonitate tua proficiat, & charitas semel perfectè accensa, & cæleste manna experta, nunquam deficiat.

3. Potens est autem misericordia tua, etiam gratiam desideratam mihi præstare, & in spiritu ardoris,cùm dies beneplaciti tui venerit, me clementissimè visitare. Etenim licet tanto desiderio tam specialium deuotorum tuorum non ardeo, tamen de gratia tua, illius magni inflammati desiderij,desiderium habeo, orans & desiderans,omnium talium feruidorum amatorum tuorum, participem me fieri, & eorum sancto consortio annumerari.

Cap.

φθῆν ἐνώπιόν σου τοῦ θεοῦ μου, …
ἑλκύομεν, καὶ διακείμενα, ὡς πολλοί …
οἵτινες ὑπὸ τοῦ ἄγαν ἐπιθυμεῖν τῆς κοι…
αθητικῆς τῆς καρδίας ἀγάπης τὰ δάκρυα …
οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀλλ' ἅμα τῷ στόματι τῆς καρδία…
σώματος πρὸς σὲ τὸν θεὸν πηγὴν ζῶσαν ἐκ μυελῶν κε-
χήνασι, τὴν πεῖναν αὐτῶν ἄλλως ἀναπληροῦν καὶ κο-
ρεῖν οὐχ οἷοί τ' ὄντες, εἰ μὴ τὸ σῶμά σου μετὰ πάσης ἡ-
δύτητος, καὶ πνευματικῆς ὀρέξεως εἰληφότες.

β'. Ὦ ἀληθινὴ καὶ ἔμπυρος πίστις αὐτῶν, ἱκανὴ ἀπόδειξις τῆς ἱερᾶς σου παρουσίας ὑπάρχουσα. οὗτοι γὰρ ἀληθευτικῶς, ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου γινώσκουσι τὸν κύριον αὐτῶν, ὧν ἡ καρδία οὕτω σφόδρα καίεται ἐν αὐτοῖς διὰ τὸν Ἰησοῦ αὐτοῖς συμπεριπατοῦντα· τοιαύτη διάθεσις καὶ εὐλάβεια, οὕτω σφόδρα ἀγάπη καὶ ζέσις πολλάκις μακράν μου ἄπεστιν. ἱλάσθητί μοι Ἰησοῦ ἀγαθὲ, ἡδὺ καὶ εὐμενὲς, καὶ συγχώρησον τῷ πένητι πτωχῷ σου ποτέ γε ὀλίγον ἐκ τῆς καρδιακῆς διαθέσεως τῆς ἀγάπης σου ἐν τῇ ἱερᾷ κοινωνίᾳ αἰσθέσθαι, ὅπως ἡ πίστις μου μᾶλλον ἐνδυναμωθῇ, ἡ ἐλπὶς ἐν τῇ χρηστότητί σου προκόψῃ, καὶ ἡ ἀγάπη καθάπαξ τελείως ἀναφθεῖσα, καὶ τὸ ἐπουράνιον μάννα πεπειραμένη, μηδέποτε ἐκλείψῃ.

γ'. Τὸ δ' ἔλεός σου δυνατόν ἐστι καὶ τὴν ἐπιπόθητόν μοι χάριν παρέχειν, καὶ ἐν τῷ τῆς ζέσεως πνεύματι, τῷ σοῦ εὐδοκοῦσαί σε, ἡμέρας ἐλθούσης, ἐμὲ προσηνέστατα ἐπισκέψασθαι. εἰ γὰρ καὶ τοσούτῳ ποθήματι τῶν ἰδίως εὐλαβῶν σου οὐ καίομαι, ἀλλ' οὖν ἐκ τῆς χάριτός σου, ἐκείνου γε μεγάλου καὶ ἐμπύρου ποθήματος ἐπιθυμίαν ἔχω ἀξιοῦν καὶ ἐφιέμενος πάντων τοιούτων ζεστῶν ἀγαπώντων σε μετέχειν, καὶ τῇ αὐτῶν ἁγίᾳ ἑταιρίᾳ συγκαταψηφίζεσθαι.

Cap. XV.

...od gratia deuotionis, humilitate & sui-ipsius abnegatione acquiritur.

Vox Dilecti.

1. Oportet de deuotionis gratiam instanter quærere, desideranter petere, patienter & fiducialiter exspectare, gratanter recipere, humiliter conseruare, studiosè cum ea operari, ac Deo terminum & modum supernæ visitationis, donec veniat, committere. Humiliare præcipuè te debes, cùm parum aut nihil deuotionis interiùs sentis; sed non nimium deijci, nec inordinatè contristari. Dat sæpè Deus in vno breui momento, quod longo negauit tempore. Dat quandoque in fine, quod in principio orationis distulit dare.

2. Si semper citò gratia daretur, & pro voto adesset, non esset infirmo homini bene portabile. Propterea in bona spe, & humili patientia, exspectanda est deuotionis gratia. Tibi tamen, & peccatis tuis imputa, cùm non datur, vel etiam occultè tollitur. Modicum quandoque est, quod gratiam impedit & abscondit, si tamen modicum, & non potiùs grande dici debeat, quod tantum bonum prohibet. Et si hoc ipsum modicum vel grande amoueris, & perfectè viceris, erit quod petisti.

3. Statim namque, vt te Deo ex toto corde tradideris, nec hoc vel illud, pro tuo libitu seu velle quæsieris, sed integrè te in ipso posueris, vnitum te inuenies, & pacatum; quia nil ita bene sapiet & placebit, sicut beneplacitum diuinæ voluntatis. Quisquis ergo inten-

Κεφ. ιε.

Ὅτι ἡ τῆς εὐλαβείας χάρις, τῇ ταπ
τοῦ ἀπαρνήσασθαι προσπορίζετ

Η φωνὴ τοῦ ἀγαπητοῦ.

α. ΤΗν τῆς εὐλαβείας χάριν δεῖ σε καρτερικ
τῆσαι, ἐπιθυμητικῶς ἀξιῶσαι, ὑπομονητ
καὶ πεποιθότως προσδοκῆσαι, εὐχαρίστως ἀναδέξασθαι,
ταπεινῶς διαφυλάξαι, ἐπιμελῶς μετ' αὐτῆς ἐργάσασθαι, καὶ τῷ θεῷ τὸν ὅρον καὶ τὸν τρόπον τῆς ἄνω ἐπισκέψεως, μέχρι τοῦ αὐτὴν ἐλθεῖν, ἐπιτρέψαι. μάλιστα δεῖ σε ταπεινοῦσθαι, ὅτε ὀλίγην ἢ μηδεμίαν εὐλάβειαν ἔσω αἰσθάνῃ, ἀλλ' οὐ ἄγαν ἀθυμεῖν, οὐδ' ἀτάκτως λυπεῖσθαι. ὁ θεὸς πολλάκις ἐν ἀκαρεῖ δίδωσιν, ὅπερ μακρῷ χρόνῳ ἀνένευσεν, δωρεῖταί ποτε ἐν τῷ τέλει, ὃ ἐν ἀρχῇ τῆς δεήσεως ἐμέλλησε διδόναι.

β. Εἰ ἀεὶ ἡ χάρις ταχέως δοθεῖσα κατὰ γνώμην παρεγίνετο, οὐκ ἂν τῷ ἀσθενεῖ ἀνθρώπῳ φορητὸν ἦν. διόπερ ἐν ἀγαθῇ ἐλπίδι καὶ ταπεινῇ ὑπομονῇ τὴν τῆς εὐλαβείας χάριν προσδοκᾶν δεῖ. ἀλλ' ὅμως σοὶ καὶ τοῖς ἁμαρτήμασί σου ἀνατίθητι, ὅτι οὐ δίδοται, ἢ καὶ κρυφῇ ἀφαιρεῖται. μικρόν ἐστί ποτε τὸ τὴν χάριν ἐμποδίζον καὶ ἀποκρύπτον, εἴπερ μικρὸν, καὶ οὐ μᾶλλον μέγα ὀνομάζεσθαι δεῖ, τὸ τοσούτῳ ἀγαθῷ ἐμποδὼν γινόμενον. ἐὰν δὲ ταὐτὸν μικρὸν ἢ μέγα ἐκ ποδῶν ποιήσῃ, καὶ τελείως νικήσῃς, τοῦ ᾐτημένου τεύξῃ.

γ. Ἅμα γὰρ ἐξ ὅλης καρδίας τῷ θεῷ σε ἐπιδοὺς, τοῦτο μὲν, ἢ ἐκεῖνο κατὰ τὴν γνώμην ἢ τὸ βούλημά σου οὐ ζητήσεις, παντελῶς δ' αὐτῷ σε ἐπιτρέψεις, ἑνωθέντα τε καὶ εἰρηνεύοντά σε εὑρήσεις· ὅτι μηδὲν οὕτω γλυκανθήσεται καὶ ἀρέσει, ὡς ἡ τοῦ θεοῦ εὐδοκία. πᾶς οὖν

suam, simplici corde sursum ad De- it, seque ab omni inordinato amo- plicentia cuiuslibet rei creatæ euacua- aptissimus gratiæ percipiendæ, ac dignus deuotionis munere erit. Dat enim Dominus ibi benedictionem suam, vbi vasa vacua inuenerit. Et quantò perfectiùs infimis quis renuntiauerit, & magis sibiipsi per contemptum sui moritur, tantò gratia celeriùs venit, copiosiùs intrat, & altiùs liberum cor eleuat.

4. Tunc videbit, & affluet, & mirabitur, & dilatabitur cor eius in ipso, quia manus Domini cum eo, & ipse se posuit totaliter in manu eius vsque in sæculum. Ecce sic benedicetur homo qui quærit Deum in toto corde suo, nec in vanum accipit animam suam. Hic in accipiendo sacram Eucharistiam magnam promeretur diuinæ vnionis gratiam, quia non respicit ad propriam deuotionem & consolationem, sed super omnem deuotionem, & consolationem, ad Dei gloriam & honorem.

Cap. XVI.

Quòd necessitates nostras Christo aperire, & eius gratiam postulare debemus.

Vox Discipuli.

1. O Dulcissime atque amantissime Domine, quem nunc deuotè desidero suscipere, tu scis infirmitatem meam & necessitatem, quam patior; in quantis malis & vitijs iaceo; quàm sæpè sum grauatus, tentatus, turbatus, & inquinatus. Pro remedio ad te venio, pro consolatio-

ὁ τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ, ἁπλῆ κ
ἐπάρας, καὶ πάσης ἀτάκτου ἀγάπης
τινὸς οὖν κτίσματος ἑαυτὸν ἀπαλλάξαι
τος λαβεῖν τὴν χάριν, καὶ ἄξιος τοῦ τῆς εὐλ
ῥήματος ἔσται. ὁ γὰρ κύριος τὴν αὐτοῦ εὐλογία
σιν, ὅτε τὰ σκεύη κενὰ εὑρίσκει. καὶ ὅσῳ ἄν τις τε
τερον τοῖς κάτω ἀποταξάμενος, μᾶλλον ἑαυτῷ δια
ἑαυτοῦ καταφρονήσεως ἀποθάνῃ, τοσούτῳ τάχιον ἡ
χάρις ἔρχεται, εὐπορώτερον εἴσεισι, καὶ τὴν ἐλευθέραν
καρδίαν ὑψηλότερον ἐπαίρει.

δ'. Τότε ὄψεται, καὶ εὐπορήσει, θαυμάσει τε καὶ πλατυνθήσεται ἡ καρδία αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, ὅτι ἡ χεὶρ τοῦ κυρίου μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ παντελῶς ἕως τοῦ αἰῶνος ἔθετο. ἰδοὺ οὕτως εὐλογηθήσεται ἄνθρωπος ὁ τὸν θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτοῦ ζητῶν, καὶ οὐκ ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ αἴρων. οὗτος τὴν ἱερὰν εὐχαριστίαν λαμβάνων μεγάλης χάριτος τῆς θείας ἑνώσεως ἄξιος ἀποβαίνει, ὅτι οὐ τῆς ἰδίας εὐλαβείας καὶ παραμυθίας, ἀλλ᾽ ὑπὲρ πᾶσαν εὐλάβειαν καὶ παραμυθίαν, τῆς τοῦ θεοῦ δόξης καὶ τιμῆς λόγον ἔχει.

Κεφ. ιϛ'.

Ὅτι τὰς ἀνάγκας ἡμῶν τῷ Χριστῷ δηλῶσαι, καὶ τὴν χάριν αὐτοῦ αἰτῆσαι ὀφείλομεν.

Ἡ φωνὴ τοῦ μαθητοῦ.

α'. Ὦ ἥδιστε καὶ προσφιλέστατε κύριε, ὃν νῦν εὐλαβῶς ἐπιθυμῶ ὑποδέξασθαι, σὺ γινώσκεις τὴν ἀσθένειαν καὶ ἀνάγκην μου, ἣν πάσχω, ὁπόσοις κακοῖς καὶ ἁμαρτίαις περιεβλήθην· ὡς πολλάκις βαρύνομαι, πειράζομαι, ταράττομαι, καὶ μολύνομαι. θεραπείας ἕνεκα προσέρχομαί σοι· πα-

ρακλῶ.

& ſubleuamine te deprecor. Ad …atem loquor, cui manifeſta ſunt o-…ora mea, & qui ſolus potes me per-… conſolari, & adiuuare. Tu ſcis, quibus bonis indigeo præ omnibus, & quàm pauper ſum in virtutibus.

2. Ecce, ſto ante te pauper & nudus, gratiam poſtulans, & miſericordiam implorans. Refice eſurientem mendicum tuum, accende frigiditatem meam igne amoris tui, illumina cæcitatem meam claritate præſentiæ tuæ. Verte mihi omnia terrena in amaritudinem, omnia grauia & contraria in patientiam, omnia infima & creata in contemptum & obliuionem. Erige cor meum ad te in cælum, & ne dimittas me vagari ſuper terram. Tu ſolus mihi ex hoc iam dulceſcas vſque in ſæculum; quia tu ſolus cibus & potus meus, amor meus, & gaudium meum, dulcedo mea & totum bonum meum.

3. Vtinam me totaliter ex tua præſentia accendas, comburas, & in te tranſmutes; vt vnus tecum efficiar ſpiritus, per gratiam internæ vnionis, & liquefactionem ardentis amoris. Ne patiaris me ieiunum & aridum à te recedere, ſed operare mecum miſericorditer, ſicut ſæpiùs operatus es cum ſanctis tuis mirabiliter. Quid mirum, ſi totus ex te igneſcerem, & in meipſo deficerem; cùm tu ſis ignis ſemper ardens, & nunquam deficiens: amor corda purificans, & intellectum illuminans?

CAP. XVII.

De ardenti amore, & vehementi affectu ſuſcipiendi.

Vox

ράκλησιν ϗ κουφισμὸν δέομαι
πάντα εἰδότι, ϗ τῷ πάντα τὰ ἐντός μ
τῷ μόνον με τελείως παρακαλεῖν ϗ βο
μένῳ. σὺ ἐπίστασαι, ὧν ἀγαθῶν χρήζω πλεῖ
ϗ ὡς ἐνδεὴς τῶν ἀρετῶν ὑπάρχω.

β΄. Ἰδοὺ, παρίσταμαι ἔμπροσθέν σου πένης ϗ γυμν-
ὤν, τὴν χάριν αὐτῶν ϗ τὸ ἔλεος ἐπικαλῶν. ἀνάτρεφε τὸν πεινῶντα πτωχόν σου, ἄναπτε τὴν ψυχρότητά μου τῷ πυρὶ τῆς ἀγάπης σου, φώτισον τὴν τυφλότητά μου τῇ λαμπρότητι τῆς παρουσίας σου. τρέπε μοι πάντα ἐπίγεια εἰς πικρίαν, πάντα βαρέα ϗ ἐναντία εἰς ὑπομονὴν, πάντα τὰ κάτω ϗ κτισθέντα εἰς καταφρόνησιν ϗ λήθην. ἔγειρε τὴν καρδίαν μου πρὸς σὲ εἰς οὐρανὸν, ϗ μὴ ἔα με πλανᾶσθαι ἐπὶ τῆς γῆς. σὺ μόνος μοι ἐκ τοῦ νῦν γλυκαίνου ἕως τοῦ αἰῶνος, ὅτι σὺ μόνος ἡ βρῶσις ϗ πόσις μου, ἀγάπη μου, χαρά μου, ἡ γλυκύτης μου, ϗ πᾶν τὸ ἀγαθόν μου.

γ΄. Εἴθε με πάντως τῇ παρουσίᾳ σου ἀνῆπτες, κατέκαυσες, ϗ εἰς σὲ μετεποίου, ἵνα ἓν πνεῦμα μετά σου γένωμαι, διὰ τῆς χάριτος τῆς ἔσω ἑνώσεως, ϗ τῆς τήξεως τῆς ἐμπύρου ἀγάπης. μὴ περιόρα με ἄσιτον ϗ ξηρὸν ἀπὸ σοῦ ἀπερχόμενον, ἀλλ᾽ ἐργάζου μετά μου ἐλεεινῶς, καθάπερ πλεονάκις μετὰ τῶν ἁγίων σου θαυμαστῶς εἰργάσω. τί θαυμαστὸν, εἰ ὅλος ἐκ σοῦ ἐκπυρωθεὶς ἐν ἐμαυτῷ ἐνέλειπον, ἐπειδὰν σὺ ᾖς πῦρ τὸ ἀεὶ ἀναφθὲν, ϗ μηδέποτε ἐλλεῖπον, ἡ ἀγάπη τὰς καρδίας καθαρίζουσα, ϗ τὴν σύνεσιν φωτίζουσα;

Κεφ. ιζ΄.

Περὶ τῆς ἐμπύρου ἀγάπης, ϗ δεινῆς ἐπιποθήσεως τοῦ ὑποδέξασθαι τὸν Χριστόν.

Η φωνὴ

VOX DISCIPULI.

...umma deuotione & ardenti amore, cum toto cordis affectu & feruore, desidero te Domine suscipere, quemadmodum multi sancti & deuotæ personæ, in communicando te desiderauerunt, qui tibi maximè in sanctitate vitæ placuerunt, & in ardentissima deuotione fuerunt. O Deus meus, amor æternus, totum bonum meum, felicitas interminabilis, cupio te suscipere cum vehementissimo desiderio & dignissima reuerentia, quam aliquis sanctorum vnquam habuit, & sentire potuit.

2. Et licet indignus sum omnia illa sentimenta deuotionis habere, tamen offero tibi totum cordis mei affectum, ac si omnia illa gratissima inflammata desideria solus haberem. Sed & quæcunque potest pia mens concipere & desiderare, hæc omnia tibi, cum summa veneratione, ac intimo fauore, præbeo & offero. Nihil opto mihi reseruare, sed me & omnia mea, tibi sponte & libentissimè immolare. Domine Deus meus, creator meus, & redemptor meus, cum tali affectu, reuerentia, laude & honore; cum tali gratitudine, dignitate & amore; cum tali fide, spe & puritate, te affecto hodie suscipere, sicut te suscepit & desiderauit sanctissima mater tua, gloriosa virgo Maria, quando Angelo euangelizanti sibi incarnationis mysterium, humiliter ac deuotè respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.

3. Et sicut beatus præcursor tuus, excellentissimus sanctorum Ioannes Baptista, in præsentia tua lætabundus exulta-

Η φωνὴ τοῦ μαθη

α. ΣΥΝ μεγίστῃ εὐλαβείᾳ, καὶ ἐμπυ
ὅλῃ ὁρμῇ καὶ ζέσει τῆς καρδίας ἐπιπ
ὑποδέξασθαί σε, καθὼς πολλοὶ ἅγιοι καὶ εὐλα
θρωποι κοινωνοῦντες ἐπεπόθησάν σε, οἵτινες τῇ
ἁγιότητί σοι ὡς μάλιστα ἀρέσαντες τῆς ἐμπυροτα
εὐλαβείας ἐπέτυχον. ὦ θεέ μου, ἀγάπη αἰώνιε, ὅλον
τὸ ἀγαθόν μου, μακαριότης ἄπειρε, ἐφίεμαι ὑποδέξα-
σθαί σε μετὰ δεινοτάτης ποθήσεως καὶ ἀξιωτάτης εὐ-
λαβείας, ἣν τις τῶν ἁγίων ποτὲ εἶχεν, ἢ αἰσθέσθαι ἐ-
δυνήθη.

β. Κἂν δ' ἀνάξιος γίνωμαι πάντα ἐκεῖνα αἰσθήμα-
τα τῆς εὐλαβείας ἔχειν, ὅμως ὅλην τὴν τῆς καρδίας μου
ὁρμὴν προσφέρω σοι, ὥσπερ ἂν εἰ πάντα ἐκεῖνα χαρι-
έστατα καὶ ἔμπυρα ποθήματα μόνος ἔχοιμι. ἔτι δὲ
καὶ πάντα, ὅσα εὐσεβὴς νοῦς συλλαμβάνειν καὶ ἐπιθυμεῖν
δύναται, ταῦτα πάντα σοι σὺν μεγίστῳ σεβάσματι
καὶ ἐνδοτάτῃ ζέσει παρέχω καὶ προσφέρω. μηδὲν μοι
ἐφίεμαι τηρῆσαι, ἀλλ' ἐμὲ καὶ πάντα τὰ ἐμὰ ἑκουσίως
καὶ ἀσμένως σοι προσενεγκεῖν. κύριε ὁ θεός μου, κτι-
στής μου καὶ λυτρωτής μου, σὺν τοιαύτῃ διαθέσει, αἰδοῖ, ἐ-
παίνῳ καὶ τιμῇ, σὺν τοιαύτῃ εὐχαριστίᾳ, ἀξίᾳ καὶ ἀγά-
πῃ, σὺν τοιαύτῃ πίστει, ἐλπίδι, καὶ καθαρότητι ἐπιθυ-
μῶ σήμερόν σε ὑποδέχεσθαι, καθάπερ σε ὑπεδέξατο
καὶ ἐπεθύμησεν ἡ ἁγιωτάτη μήτηρ σου ἡ ἔνδοξος παρθέ-
νος Μαρία, ὅτε τῷ ἀγγέλῳ τῷ εὐαγγελιζομένῳ αὐτῇ τὸ
τῆς σαρκώσεως μυστήριον, ταπεινῶς καὶ εὐλαβῶς ἀπεκρί-
θη· ἰδοὺ, ἡ δούλη κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.

γ. Καὶ ὡς ὁ μακάριος πρόδρομός σου ὁ ἐξαιρετώτατος
τῶν ἁγίων Ἰωάννης βαπτιστής, παρόντος σου γηθοσύνως

ἐσκίρτη-

gaudio ſpiritus ſancti, dum adhuc
auderetur viſceribus: & poſtmodum
inter homines Ieſum ambulantem, val-
de ſe humilians, deuoto cum affectu dicebat:
Amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum,
gaudio gaudet propter vocem ſponſi: ſic & ego,
magnis & ſacris deſiderijs opto inflammari, &
tibi ex toto corde meipſum præſentare. Vnde
& omnium deuotorum cordium iubilationes,
ardentes affectus, mentales exceſſus, ac ſuperna-
les illuminationes, & cælicas viſiones tibi offe-
ro & exhibeo, cum omnibus virtutibus & lau-
dibus, ab omni creatura in cælo & in terra ce-
lebratis, & celebrandis, pro me & omnibus mi-
hi in oratione commendatis; quatenus ab o-
mnibus dignè lauderis, & in perpetuum glori-
ficeris.

4. Accipe vota mea Domine Deus meus, & de-
ſideria infinitæ laudationis, ac immenſæ bene-
dictionis; quæ tibi, ſecundùm multitudinem
ineffabilis magnitudinis tuæ, iure debentur.
Hæc tibi reddo, & reddere deſidero per ſingu-
los dies & momenta temporum; atque ad red-
dendum mecum tibi gratias & laudes, omnes
cæleſtes ſpiritus, & cunctos fideles tuos, precibus
& affectibus inuito & exoro.

5. Laudent te vniuerſi populi, tribus, & lin-
guæ, & ſanctum ac mellifluum nomen tuum,
cum ſumma iubilatione, & ardenti deuotione
magnificent. Et quicunque reuerenter ac de-
uotè altiſſimum ſacramentum tuum celebrant,
& plena fide recipiunt, gratiam & miſericordiā
apud te inuenire mereantur, & pro me peccatore
ſuppliciter exorent. Cumq; optata deuotione, ac
fruibili

ἐσκίρτησεν ὑπὸ χαρᾶς τοῦ ἁγίου π. ἐ
λίᾳ τῆς μητρὸς ἔτι κλεισθείς· εἶτα ο
Ἰησοῦν ἐν τοῖς ἀνθρώποις περιπατοῦντα, σφ
ταπεινῶν, εὐλαβῶς ἔλεγεν· ὁ δὲ φίλος τοῦ ν
ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φω
νυμφίου· οὕτω κἀγὼ μεγάλῃ καὶ ἁγίᾳ ἐπιθυμίᾳ ὅπ
θυμῶ ἀναπλησθῆναι, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐμαυτόν σοι παραστῆσαι. ὅθεν καὶ πασῶν εὐλαβῶν καρδιῶν ἀλαλαγμοὺς, περικαεῖς ὁρμὰς, νοερὰς ἐκστάσεις, τούς τε ἄνωθεν φωτισμοὺς, καὶ οὐρανίους ὁράσεις προσφέρω καὶ παρέχω σοι, μετὰ πασῶν ἀρετῶν καὶ ἐπαίνων ὑπὸ παντὸς κτίσματος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὑμνουμένων ἢ ὑμνηθησομένων, ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ πάντων τῶν ἐμοὶ ἐν δεήσει συσταθέντων· ἵνα ὑπὸ πάντων ἀξίως ἐπαινεθῇ, καὶ εἰς αἰῶνα δοξασθῇ.

δ'. Δέξαι τὰς εὐχάς μου, κύριε ὁ θεός μου, καὶ τὰς ποθήσεις τῆς ἀπείρου αἰνέσεως, καὶ ἀμέτρου εὐλογίας, ἅ τινά σοι κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἀπορρήτου μεγέθους σου ἐνδίκως ὀφείλονται. ταῦτά σοι ἀποδίδωμι, καὶ ἀποδοῦναι ἐπιθυμῶ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ῥοπὴν τοῦ χρόνου, καὶ εἰς τὸ ἀποδοῦναί σοι μετ' ἐμοῦ τὰς χάριτας καὶ ἐπαίνους, πάντα τὰ οὐράνια πνεύματα, καὶ πάντας τοὺς πιστούς σου, δεόμενος καὶ ἐφιέμενος καλῶ καὶ ἀξιῶ.

ε'. Ἐπαινέσειάν σε πάντες οἱ λαοὶ, αἱ φυλαὶ καὶ γλῶτται, καὶ τὸ ἅγιον καὶ μελίρρουν ὄνομά σου, μεγίστῳ ἀλαλαγμῷ καὶ ζεστῇ εὐλαβείᾳ μεγαλύνειαν. καὶ ὅσοι ἂν αἰδεσίμως καὶ εὐλαβῶς τὸ ὑψηλότατον μυστήριόν σου τελέσωσι, καὶ πλήρει πίστει λάβωσι, τὴν χάριν καὶ τὸ ἔλεος παρά σοι εὑρεῖν ἀξιωθεῖεν, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ ἁμαρτωλοῦ ἱκετεύσειαν. ὅταν δὲ τῆς ἐπιποθηθείσης εὐλαβείας καὶ

ἀπολαυ-

...one, potiti fuerunt, & bene consola-
...e refecti, de sacra mensa cælesti
...nt, mei pauperis recordari dignentur.

Cap. XVIII.

Quòd homo non sit curiosus scrutator Sacramenti, sed humilis imitator Christi, subdendo sensum suum sacræ fidei.

Vox Dilecti.

1. CAuendum est tibi à curiosa, & inutili perscrutatione huius profundissimi sacramenti, si non vis in dubitationis profundum submergi. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Plus valet Deus operari, quàm homo intelligere potest. Tolerabilis, pia, & humilis inquisitio veritatis, parata semper doceri, & per sanas patrum sententias studens ambulare.

2. Beata simplicitas, quæ difficiles quæstionum relinquit vias, & plana ac firma pergit semita mandatorum Dei. Multi deuotionem perdiderunt, dum altiora scrutari voluerunt. Fides à te exigitur, & syncera vita; non altitudo intellectus, neque profunditas mysteriorum Dei. Si non intelligis, nec capis, quæ infra te sunt, quomodo comprehendes, quæ supra te sunt? Subdere Deo, & humilia sensum tuum fidei, & dabitur tibi scientiæ lumen, prout tibi fuerit vtile ac necessarium.

3. Quidam grauiter tentantur de fide & sacramento, sed non est hoc ipsis imputandum,

ἀπολαυστικῆς ἑνώσεω-
τες καὶ θαυμαστῶς ἀνατρεφ-
πέζης ἀπέλθωσιν, ἐμοῦ τοῦ πένητος,
στέαν.

Κεφ. ιη'.

Περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν ἄνθρωπον πολυπράγμο-
ερευνητὴν τοῦ μυστηρίου, ἀλλὰ ταπεινὸν μιμητὴν τοῦ Χρι-
στοῦ, τὸν νοῦν αὐτοῦ τῇ ἱερᾷ πίστει ὑποτάττοντα.

Η φωνὴ τοῦ ἀγαπητοῦ.

α'. ΔΕῖ φεύγειν σε τὴν περίεργον καὶ ἀνωφελῆ ἐξέτασιν τοῦ βαθυτάτου μυστηρίου τούτου, εἰ μὴ θέλεις εἰς τὸ τῆς ἀπορίας βάθος καταποντίζεσθαι. ὁ τῆς μεγαλειότητος ἐξερευνητὴς ὑπὸ τῆς δόξης καταπιεσθήσεται. πλέον ὁ θεὸς ἐργάζεσθαι οἷός τ' ἐστὶν, ἢ ὁ ἄνθρωπος ἐννοεῖν δύναται. φορητός ἐστιν ἡ θεοσεβὴς καὶ ταπεινὴ ἐξερεύνησις τῆς ἀληθείας, ἑτοίμη οὖσα ἀεὶ διδάσκεσθαι, καὶ ἐν ταῖς τῶν πατέρων ὑγιαινούσαις γνώμαις πειρωμένη περιπατεῖν.

β'. Μακαρία ἡ ἁπλότης, ἢ τὰς χαλεπὰς τῶν ζητημάτων ὁδοὺς καταλείπουσα, κἀν τῇ λείᾳ καὶ βεβαίᾳ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ βαδίζουσα. πολλοὶ οἱ τὰ ὑψηλότερα ἐξερευνᾷν ἐθελήσαντες, τὴν εὐλάβειαν ἀπώλεσαν. ἡ πίστις παρά σου ἀπαιτεῖται, καὶ εἰλικρινὴς βίος, ἀλλ' οὐ τὸ ὕψος τῆς συνέσεως, οὐδὲ τὸ βάθος τῶν μυστηρίων τοῦ θεοῦ. εἰ οὐ νοεῖς, οὐδὲ χωρεῖς τὰ κάτω σου, πῶς καταλήψῃ τὰ ἄνω σου; ὑποτάγηθι τῷ θεῷ, καὶ ταπείνωσον τὸν νοῦν τῇ πίστει, καὶ τὸ τῆς ἐπιστήμης φῶς σοι δοθήσεται, καθὼς σοι ἂν ὠφέλιμον καὶ ἀναγκαῖον γένηται.


γ'. Ενιοι δεινῶς περὶ τῆς πίστεως καὶ τοῦ μυστηρίου πειράζονται, τοῦτο δ' οὐκ αὐτοῖς, ἀλλὰ τῷ ἐχθρῷ ἀναθετέον.

potius inimico. Noli curare, noli ...ūm cogitationibus tuis, nec ad im... diabolo dubitationes responde: sed ...is Dei, crede sanctis eius & prophetis, ... te nequam inimicus. Sæpè multum ... quòd talia sustinet Dei seruus. Nam infideles & peccatores non tentat, quos securè iam possidet, fideles autem deuotos, varijs modis tentat & vexat.

4. Perge ergo cum simplici & indubitata fide, & cum simplici reuerentia ad sacramentum accede. Et quicquid intelligere non vales, Deo omnipotenti securè committe. Non fallit te Deus; fallitur, qui sibi ipsi nimiùm credit. Graditur Deus cum simplicibus, reuelat se humilibus, dat intellectum paruulis, aperit sensum puris mentibus, & abscondit gratiam curiosis & superbis. Ratio humana debilis est, & falli potest, fides autem vera, falli non potest.

5. Omnis ratio & naturalis inuestigatio, fidem sequi debet, non præcedere, nec infringere. Nam fides & amor ibi maximè præcellunt, & occultis modis in hoc sanctissimo & superexcellentissimo sacramento operantur. Deus æternus & immensus, infinitæque potentiæ, facit magna & inscrutabilia in cælo & in terra, nec est inuestigatio mirabilium operum eius. Si talia essent opera Dei, vt facile ab humana ratione caperentur, non essent mirabilia, nec ineffabilia dicenda.

FINIS.





à Kempis
de Imitatio
[illegible]